pantia nationum. Nec diuersi gentium ritus pro locorum causis cultibusque
finxere, uerum illud quod nascenti ab ipso ioue siderea nuncupatione
compactum, ac per sola aegyptiorum commenta uulgatum fallax mor-
talium curiositas asseuerat. In digitos calculumque distribuit, ex quo fi-
nali utrimque litteram sumit, quae numeri primum perfectumque ter-
minum claudit. Dehinc illud quod in fanis omnibus soliditate cybica
dominus adoratur. Litteram quoque quam biuium mortalitatis
asserere prudens samius aestimauit, in locum proximum sumit. Ac sic
milleducenti decem et octo numeri refulserunt. Quos per nouenariam
regulam minuens, quae per monadas decadibus subrogatis interu-
num numerum pertare strinxit. Suumque quoque uocabulum per septin-
gentos uiginti quattuor numeros explicatum in quaternarium dux[it].
Qui uterque numerus congruenti ambobus ratione signatur. Nam
et ille quod ratione principium medium finemque dispensat pro certo
perfectus est, quippe lineam facit solus et solido tum frontes incunctanter
absoluit. Nam longitudine profunditateque censetur. Dehinc quod
numeri triplicatio prima ex imparibus cybon gignit. Tres autem sym-
phonias qui signorat in musicis. Numerusque impar maribus

Marginal notes (right):

Multas causas quibus illud faciendum esset et quo ordine

Milesia est urbs in grecia in qua thales sapiens floruit; quasi ciuitate milesius dicitur, unde milesie fabule

celestis capitis mercurius id est ethereus est

id est per numerum litterarum nominis sui et mercurii coepit computare utrum possit fieri ut simul iungerentur

id est principalem. Nam principalis littera finalis est quando ab ultima parte numerare incipimus

Si enim incipiat ab ultima computari, prima finalis erit [illegible] suum nomen incohat illa littera quae sit utrimque clausa fuerit, cybon significat

Y ubi aut [illegible] littera a qua incipit ille [illegible] humane [illegible] ubi aut fine defectum uitae indicat [illegible] computationibus litterarum [illegible] nominis

Φ quingenti. I. x. Λ. xxx. O. LXX. Λ. XXX. O. LXX. Γ. III. I. X. Λ. unum fiunt DCCXXIIII. Nouies quinquaginta quadringenti. L. super sunt ducenti LXXIIII. Nouies XXX CCLXX remanent IIII.

Quod dicit lineam facit geometricam [illegible] omnis soliditas tribus speciebus constat: longitudine, latitudine, altitudine [illegible] ideo ternarius frontes soliditatis debere monstrat [illegible] longitudo duas frontes colligit [illegible] latitudo duas, dextrorsum et sinistrorsum, profunditas [illegible] altitudo duas sursum et deorsum [illegible]

Quia omnibus [illegible] ternarius [illegible] imparibus numeris [illegible] ille est quia ternarius [illegible] triplicationem [illegible]

Marginal notes (left): tertium [illegible] parte. cybos [illegible] numeri. Y Y. XYPPIH

Note at foot: ω Grecam litteram χ chi uult intellegi quasi finita ut priscianus dicit utroque latere fuerit perfectum minimum [illegible] cybum denarium qui mille significabit sic ∞. Hoc signum est XYPPIH. Nam X sescentos, Y quadringentos [illegible] centum [illegible] geminatur per C. iota X. H. octo [illegible] Nouies C DCCCC super sunt CCCX et XIIII. Nouies XXX CCLXX restant XLVIII. Nouies quinque XLV residuum III [illegible] nouenarium per nouenarium ducere regulam.

attributus. Omne vero tempus tribus vicibus variatur: atque idem
numerus seminarium perfectorum, sexti videlicet atque noni alterna di
versitate iuncturae. Fit igitur deo attributus rationis. Philolo
gia autem quod etiam ipsa doctissima est, licet femineis numeris aesti
metur, absoluta tamen ratione perficitur. Nam quaternarius suis par
tibus complet decadis ipsius potestatem, ideoque perfectus est et habetur
quadratus, ut ipse Cyllenius, cui anni tempora caeli climata mundique ele
menta conveniunt. An aliud illa senis de fatio quam Athenis tradens non
tacuit confitetur, nisi perfectae rationis numerum? quippe intra se unum
secundum triadem quoque ipsum bis binum tenet, quis collationibus sympho
niae peraguntur. Nam tres ad quattuor epitritus vocitatur arithmetica
ratione, ac diatessaron perhibetur in musicis. Item intra eum iacent
tres ad duo, quae hemiolios forma est symphoniamque secundam quae dia
pente dicitur reddunt. Tertia symphonia diapason in melicis perhibetur.
Dyplasio quae conficitur, hoc est uno duobus collato. Igitur quaternarius nu
merus omnes symphonias suis partibus perfectus absolvit, omnia que
mela armonicorum distributione conquirit. Hanc igitur discutiens numeri
congruentiam perita virgo gratulatur. Deinde utrumque consociat, et trias
quaternario sociata eptadem facit, qui numerus rationis superae per
fectio est, sicut et KAIPOΣ ΟΜΑΛΟΝ. Illa docet plenitudo. An aliud fatalis
temperamenti cursus siderumque circuli motusque testantur? Intraque
latebras uteri septimo mense absoluta mortalitas. Dehinc quod trias
triplicata novem numeros facit, quaternarius autem per ΔΙΑΠΛΑCΙΟΝ
geminatus octo reddit. Novem vero ad octo epogdoi numeri efficiunt
iunctionem, tantumque pensat in numeris quantum symphonia diapa
son in melicis, quae tonon facit, qui est consonae unitatis continua modu
latio, ex quo nihil est quod discrepet aut resultet in medio consentaneaque
congruit iugitate. Ergo praedictorum nominum numerus conve
niebat. Si igitur rata inter eos sociatio copiam nuptialem vetat ratione
constrinxit. Ex quo commodissimum sibi conubium laetabunda alio
mentis fluctu multiuida concitavit. Nam nihil differens animo de
cori formae ac substantiae coepit formidare corporeae, quippe

perferendos flammarum caelestium globos & ignes ardentium siderum·
mortalibus adhuc artubus & macilenta gracilitate siccatis· non cassum tre
mebunda formidat. sed aduersum illa quoddam ab aderitesenis alumna acu
multa lapillis surculisq; permixtis herbas & iam membrorumq; con
cesserat praeparauit· colchica & iam in centum uoces continuata fiducia·
adamantini cacuminis impressione signatur· quid aduersum ignes supe
ros & deorum confinia praeparata decoris in curiam uenustatis & iam
lumine submouebat·· Deniq; reubrato corpore & mensis apposito ir
rorati liquoris allinebat ungentum· sed cum talia uirgo componit pe
dis&qua eius periergia utrum matri uirginis missa ancilla ut pote
eius collactea trepidatione sollicita quid ageret conspicatur· quam
cum disponentem praedicta sigillatim ab hostio speculabunda cognos
ceret· alumna eius ancillam cui agrypnia uocabulum est· atque intra
cubiculum praebebat excubias adorsa est increpare· quod paululum
conivere seruandi decoris gratia uirginem non siuisset· cum ipsa haec
cuncta si philologia iniungeret ualeret implere· Nam iam multa
asseruit circuisse· mancipiaq; dotalia & quid sollertiae· quid ornatus
quidemq; indumentorum sumerent comperisse· Non sibi quoque
Nescitum quid sponsus ipse perageret· quid iouis palatio gereretur·
An leucothea succenderet facem lumenq; purpureum & an solis
remigia uigilarent semper que phosphori cometeretur· Id genus
innumera quae curiosis perscrutationibus aspexerat astruebat·
Uerum secretum cubiculi repente fronesis mater irrupit· Quam cum
uirgo conspiceret· ad eam decurrens honorandum que pectus exos
culans· praeparatorum boematum conscium fecit· Uerum illa
exuuias filiae ornatusque detulerat quis induta deorum socia
ri coetibus non paueret· Itaq; uestem peplumq; lactis instar
fulgidum dedit· quod de lexilla herbarum felicium lana quam
dusiarii perhibent Indicae prudentiae uates accolasq; montis
umbrati & quantum usus telluris apportat excandentis byssi
netibus uidebatur· dehinc apponit uertici diadema uirginale·
quod maxime medialis gemmae lumine praenitebat· Ex qua

Phosforus. lucifer est.
Boema est ascensio
umbrantia
quadumosus

Solebant enim illi in profanissimis gentis sculpere puellas galeatas

galeata quaedam obtectaq; uultu uirgo · Instar sacri & troiam ponit
ipsa resplenduit · Atq; cingulum quo pectus annectere sibi prudens
mater exsoluit · & nephilologiae ipsius Phronesis castitatis ornatib·
eius pectori quo decentius comeretur apponit · Calceos praeterea ex
papyro textili subligauit · ne quid eius membra pollueret mortuarum ·
Acerra autem multo aromatum grauitate eademque candenti manus
uirginis onerantur ·

Et tum tunc roseo subtexere sidera peplo
Coeperat a bronum promens aurora pudorem
Cum creperum lux alma micat geminata decore
Cum nitet aurato & cum fit phos phoros astro
Tunc candens tenero glaciatur rore pruina
Et matutina greges quatiunt in pascua caulas METON
Languida mordaces cum pulsant pectora curae
Et fugit expulsus lachea ad litora somnus ·

Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis suauitatibus citatur · quem musarum conuentum chorus impendens nuptialib· sacramentis modulationis doctae tinnitibus conanebat · Nam nec tibiarum mela nec ex fidibus sonitus · nec hydraularum armonica deerat plenitudo · sed in blandum collata cantum & modificato fine compactum uoci uirginum complementis spatio ratum fecere silentium · Ac tum ille omnis chorus canoris uocib· dulciq; modulatu praeuertit omnes organicas suauitates & cum sacrae numeris cantilenae haec dicta funduntur ·

Hoc metrum cantabant oms musae

SCANDE CAELI TEMPLA UIRGO DIGNA TANTO
FOEDERE · TE SOCER SUBIRE CELSA
POSCIT ASTRA IUPITER

Laus philologiae de astronomia ELEGIAC

Tunc urania caeteris paulum reticentib· coepit
Sidereos coetus & culmina sacra polorum · METRU TROCHAICU TETRA
Nil iam conticens numine fisa uide METRU RECIP SPONDEU ALTNIS
Olim dis quirens nexos quid torque at orbes CURRENS UERSIBUS UNUS RECIP
Nunc praesul causas rapitibus ipsa dabis IIII ALTER TRES OMS PEDES

Quae circos textura ligat quidue nexio claudat
Ambiat et quantos orbita curua globos
Sidereos cursus quid cogat quidue retardet
Quid lunam flammet uel minuat radios
Qui caelum stellet fomes et quanta reuoluat
Quae sit cura deas uel modus aspicies

SCANDE CAELI TEMPLA UIRGO
DIGNA TANTO FOEDERE
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPITER. Tunc calliope

Laus phit de musica

Semper complacitus amica musis — METRUM FALLEUTIUM CONSTANS SPONDEO DACTILO ET TRIBUS TROCHEIS
Cui magnesia pocula fluenta
Et fons gorgoneus tulit caballi
Uertex aonidum uirens coraulis
Cui frondet uiolas parante cirra
Tuum tum mela dulcibus camenis
Et scis pindaream chelyn referre
Te dictante fidis sacrumque plectrum
Monet threicium sonare carmen
O lux nostra sacros probare cantus
Suesce atque organicas beare circas

SCANDE CAELI TEMPLA UIRGO
DIGNA TANTO FOEDERE
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPITER. Ac sic polymnia

Laus phit de geometria

Tandem laboris fructus aethram fulgidam — IABICUM SENARIUM
Diuumque sedes atque Iouis consortium — YPPANACTIU CONSTANS
Sortita carpis inditoque numine — TRIMETRO ACATALECTO
Cruenta dudum quae iugare rithmica
Aedis pari mixta suetaregula
Mox quid iacente quidue iugata linea
Trigonus recurret circulusque torqueat
Melos probare et tonos et crusmata
Artisque cunctas solita quaeque caelitum

Possunt parare mente ad acta culmina · t mente ad acta ·i· coacta. · culmina caelestium astrologia uult intellegi

Scande caeli templa uirgo
Digna tanto foedere ·
Te socer subire celsa poscit astra iuppiter · Tunc melpomene cantu manens

Lausphit de arte poetica · coturni ocrea poetica

Sueta coturnatos scenis depromere cantus · SENARIUS AEROUS CUI ADIUNGITUR DIMETRUM IAMBICUM
Soccumque ferre comicum · qui comedia scribit
Et crebo arte tua tulimus quae carmina cura
Melo fauente rithmico
Hunc tibi uirgo canos spes atque adsertio nostri · plario ·q· te sola asserimus & laudamus
Tenore uersa carminis · ab homine in deam
Nam thalamum redimere iuuat tu serta probato · coronas quas debant habere in capitib. cum morib. te laudamus
Tuis placere ritibus
Digna maritali semper uidearis olimpo · de cyllenio · ubi est sedes maritorum
Decentiorque caelitum · omnium dearum geniturum posuit p celitib. more grecorum
SCANDE CAELI TEMPLA UIRGO DIGNA TANTO FOEDERE
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPPITER · Ac sic clio gloriosa

Lausphit de arte rhetorica atque grammatica

Tu quae rethorico clangere syrmate · PENTAMETRUM
Atque reum rabido absoluere pectore · CATALECTICUM
Quae nunc sensa ligans horrida nexibus · Nam ppe est rhetoribus longa sententia ... In iuste damnatum liberare ...
Sorites cumulis accessibus aggerans · Ratiocinationis cumulatione

Sorites est ex minutissimis reb. in unum cumulum collectio

Nunc quid grammatica stringere regula · Tanquam si diceret · aliquando stringis argumentis & colligis arte grammatica · aliquando ludis arte sophistica quae maxime ambiguis constat sententiis ...
Quid fandi ambiguis conterat ordinem
Docticanis sollers ludere sensibus
Hunc stellata poli conspice lumina
Et candore sacro etheris utere ·
Quem uero pactum est noscere lumine · tu sibi semper lumen est ...
SCANDE CAELI TEMPLA UIRGO DIGNA TANTO FOEDERE
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPPITER · Mox erato amabilis foris

Lausphit de phisica

Caput artibus inditavirgo · METRUM ANAPESTICUM RECIPIT ENIM
Cui panditur aula tonantis · TRES ANAPESTOS ET SYLLABAM
Mortoribi subditur orbis · Sonenim duo mundi · uisibilis & inuisibilis · sensibilis & intelligibilis ...
Rationib. amore peratus ·

Uranie · ourane caelestis · ouranon celum · Caliope · quasi calon phone ·i· optima uox · uel caliope quasi calios poimone ·i· pulchrifica formositas uocis · Polymnia quasi poly mneme ·i· multa memoria · Melpomene · quasi melpos menomene ·i· cantu manens · Clio · gloria · Erato amabilis · a uerbo ero ·i· amo · Terpsicore · quasi terpsichore ·i· oblectatio noua · Euterpe delectabilis · a uerbo euterpo ·i· delecto · Thalia uiridis ·

S acra fulgora cur rutilescant
tonitrus — sonans
F ragor intonet unde resultans
q(uae) causa ducat — spatia aeris — rore et humore
Q uid agat per aperta madorem
aliquando — lymphes in p(er)fectas
M odo nubibus imbrificatis
p(er) cursus — revertentib(us) — ordine — nubib(us) vel ventis
Q uid euntibus agmine nimbis
tempora
R edeo et nitidissima verna
vertat — &
R otet omnia circulus anni
ad finem festinantia — finire
P roperantia claudere saecla
caelata
Q uid habent rationis operta — Nominat(ivus) i(d est) quae sensib(us) non adiunguntur
dicimus — quae est
C animus tibi cognita soli.

SCANDE CAELI TEMPLA VIRGO
DIGNA TANTO FOEDERE.
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPITER · Ac tunc terpsicore — oblectatio nova

Laus p(er)h(ib)et de aruspicina physica i(d est) prophetia

tui — o — quae scandis
L aetor honoris meritis astra virgo conspicias — HOC METRUM CONSTAT ∴ vel laeta
ut astra conspiceres — artis sollicitum — contulit
H oc tibi sollers peperit ingenium laborque. — EX DUOB(US) CORIABIS ET TRI — ·· vel divinatione qua a stoicis dicitur esse supra tam
p(re)dicta — quae vigilas p(er) noctem
I sta peritis tribuit cura vigil lucernis — BUS TROCHEIS ET SYLLABA — y p(er)att. ... lucernis quae p(er)itum illum reddunt qui crebro ap(er)te eas lectioni studuerit
vigilans in die & in nocte — libris
P erdia pernox quae sacris namque onerata chartis · grecum est & inp(er)atum collectio
in porticib(us) — tu — stoici
Q uicquid agentes stoasi praescia dant futuris — Stoasi dat(ivus) pluralis p(ro) ablativo singulari
lassis — lucernis — dedisti
S emper anhelis docilis fomitibus tulisti
ignis — est sumat terram &
N am sabaeorum rapidis quid vapor edacatis ∴ mer(curius) c(um) & apolli(ne) p(ro)p(ter) velocem cursum
significet
F umida quid tura cremis aura parat favillis
si — narrent — exteriorum
O mina vel certa ferant vocibus auguratis
velocib(us) — responsis — p(rae)scis ue...
I ntrepidis nec dubitans fatibus ante vortas

SCANDE CAELI TEMPLA VIRGO DIGNA TANTO FOEDERE
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPITER · Dehinc euterpe — delectabilis · quae p(er) ser(mo)ne evocant omnia

Laus p(er)h(ib)et de coniectura

omina scis — dux — doctrinae
V irgo perita c(um) praevia sortis — METRUM DACTILICUM DIMETRUM ADONIUM ACATALECTICO
Q uae potuisti scandere caelum
hominib(us) vel virginib(us) — dare
S acraque castis dogmata ferre
ipsos — quib(us)
N os ceteros semet quis valuere
illos — intelligentia pura
Q uique videntes lumine claro
tuo
N umine fati & geniorum — angelorum p(ro)p(ri)orum non solum semp(er) ... fata & genia ... valuer(unt)
C ernere vultus.

Quaeque platonis phytagoraeque · Interrogatione ...
Esse dedisti sidera mentes · Ut copulantur in sidera & ...
Tu quae caducis mortalibusque
Nube remota cernere iusta · p iussisti
Numina caeli
Iure senatum scande tonantis
Quam decet unanimem mercuriali
Foedere iungi.

SCANDE CAELI TEMPLA UIRGO DIGNA TANTO FOEDERE
TE SOCER SUBIRE CELSA POSCIT ASTRA IUPITER. Deinde thalia ultima ...

LAUS PHILOLOGIAE & MERCURII

IAMBICUM ANACREONTIUM CONSTANS DIMETRO CATALECTICO ID EST SYLLABA DEEST QUARTO PEDI QUAE SILENTIO SUPPLETUR

Beata uirgo tantis
Quae siderum choreis
Thalamum capis iugalem
Ac sic fauente mundo
Nutus aderis tonanti · Habebit ... multas nutus quib. ...
Acciuius esse diui
Tibi contigit maritam · Admirando loquitur ... · Impprie loquitur ...
Eius meante penna
Qui solus astra mundi
Praeteruolans perexit
Rapidis uigil procellis · gressib. l cursib.
Qui cum superna tranat
Erectat tartarum recurrit · Qua sermo modo desupinis modo de infimis tractat
Qui solus ante currum
It candidos iugales · Sed implisica tangit astrologia ... & scandit pene usq. ... ad ... circulu lunae
Alta potens parentis
Memorem ... uirgam · Ipse fingitur uaticinium ... in augurali uirga ... in suo caduceo ... furgamentu facundiae ...
Qui fata succidentis
Separat libens sororis
Sationibus grauari · Uitis repertor qui sicapud nos libpater usu uitis repperit ... ideo dicitur ... sationib. grauari
Genitalibus reperta · seminib.
Quem scit pater deorum

Cui lacteam papillam ·
Gaudens dedit noverca
Cinyps vigente virga
Dirum stupet venenum
Convictus omnefanti
Orbem facit gemellum
Est doctus ille divum
Sed doctior puella
Hinc nunc beantur artes
Quas sic sacratis ambo
Videntur meare caelo
Referentes ac ducis astra
Accludamus que ad aethram
Tu a subvolare vota
Per vos vigil decensque
Per vos probata lingua
Vos disciplinas omnes
÷ Nus mentis una complet :
÷ Fert glorias per aevum :
÷ Ac nos sacrata et musas :

DE QUATTUOR UIRTUTIBUS

Dum haec igitur musae nunc soli canunt nunc concinentes inter serunt · Dulcissimaque mel adulcia geminantur · Ecce quaedam matronae sobrio decore laudabiles · nec conquisitis figmentis circa faciem vultuosae · Rerum simplici quadam comitate praenitentes · In penatesque virginis thalamumque conveniunt · Quarum una intenta circumspectione cautissima & omne rerum vigili distinctione discriminans dicebatur prudentia vocitari · Huius germana sua cunctis attribuens · Nullumque eo quo non merebatur afficiens · Iustitiae ferebatur sortita vocabulum · Verum tertia contemptis muneribus atque abstinentia praedicanda ex morum temperantia nomen acceperat · Quae superierat ·

possidebat. In amplexu eius osculoque defessa est. atque ei cum cubiculo

UIRTUS GENERALIS
et philosophi eam nimirum dicunt

fiducia acceptorum dogmatum ipsa ei de sectae dendum gloria fuerat augurata. et nunc

fortissima. ac tolerandis omnibus aduersis semper infracta. sub eandem

dictam laboribus. robore quoque corporis praeparata. uirum uocabu

lum conspicerent per omnia trepidantem. Et uelut lucifugam haesitatio

nibus torpentem pectus eius faciemque tractantes. in conspectum omnium

et publicam uenire faciem compulerunt. Post has ingressa quaedam

grauis crinitaque femina. et ex eo quod per ipsam iuppiter ascensum caeli

eius insuper ac tribuerit admodum gloriosa. Quam cum uirgo con

spiceret. ad eam omni studio affectuque concurrit. quippe quae adam ad

eam in nuptias corrogandam ab ipso transmissam maiugena. Praeterea

tres puellae uultu decoreque parili. uenustate luculentae sertis reli

gatae inuicem manus. rosarumque speculis redimitae. ad uirginem con

uenere. Quarum una philologiae deosculata frontem illic ubi pubem ali

orum discriminat glabella medietas. Alia os eius. tertia pectus apprehendit.

tauta ones inferiores a tauta ido cilia media supercilia superiores

Videlicet prima ut laetos oculis adflaret honores. secunda gratiam linguae

eius spirabat animo. Tertia comitatem. quippe illae charites dicebantur.

uel elegantes

et quicquid adprehenderant uenustabant. quae quidem uirginem post

quam lumine repleuere musis admixtae et iam gesticulationes consonas

crotalum cymbalum instrumentum musicum aegyptiis assuetum cum sub persona sonorum crotolorum crepitu [illegible] [illegible]

atque hymeneia dedere tripudia. Sed ecce magno tympani crepitu crota

lorumque tinnitu uniuersa dissultant. eousque ut musarum cantus

aliquanto bombis tympani obtusior redderetur. Et cum sonitu intro

fertur lectica interstincta sideribus. cui tum mystico crepitus praecinebant.

qua mos fuerat nubentes de asinca caelestis thalami peruenire consortia.

Ante hanc quaedam augustioris uultus femina. ac sacro lumine aethere

oque resplendens. Uenerabili antistitio praeminebat. Quam omnes

qui adfuere conspicerent reueriti. inclytam maiestatem ut deorum om

nium mundique custodem. huic athanasiae nomen fuit. Et heus inquit

uirgo praecipit deorum pater. hac regali lectica in caeli palatia subue

haris. quam quidem nulli fas attractare terrigenae. sed nec tibi quidem

ante nisi in poculum licet. Et cum dicto leniter dextra cordis eius pulsum

pectus que pertractat. Ac nescio qua intima plenitudine distentum magno

cum turgore respiciens. Nisi haec inquit quibus plenum pectus geris cord

tissima egestione uomueris forasque diffuderis. inmortalitatis sede

nullatenus obtinebis. Tum illa omni nisu magnaque vi quicquid intra pectus sen
serat evomebat. Tunc vero illa nausea ac vomitio elaborata in omnigenum
copius convertitur litterarum. Cernere erat qui libri quantaque volumina quot
linguarum opera ex ore virginis diffluebant. Alia ex papyro quae cedro
perlita fuerat videbantur. Alii carbasinis voluminibus implicati libri.
ex ovillis multi quoque tergoribus. rari vero in philyrae cortice sub no
tati. Erantque quidam sacra nigredine colorati. Quorum litterae animantium
credebantur effigies. quasque librorum notas athanasia conspiciens qui
busdam eminentibus saxis iussit ascribi. atque intra specum per aegyp
tiorum adita collocari. eademque saxa stellas appellans. deorum
stemmata praecepit continere. Sed dum talia virgo undanter
evomeret puellae quam plures. quarum artes aliae. alterae dictae sunt
disciplinae. subinde quae ex ore virgo effuderat colligebant. In suum
unaquaeque illarum necessarium usum facultatemque corripiens. Ipsae etiam
musae praesertim urania ac calliope innumera gremio congessere
volumina. In aliis quippe distinctae ad tonum ac deductae paginae.
In aliis circuli lineaeque hemisperiaque cum trigonis et quadratis multi
angulaeque formae protheorematum vel elementorum diversitate
formatae. dehinc pictura animalium membra multigenum in unam
speciem complicabat. Erant etiam libri qui sonorum mela signaque
numerorum et cantandi quaedam opera praeferebant. Postquam
igitur illam bibliothecam [illegible] copiam nixa imitatus virgo diffudit.
Exhausto pallore confecta athanasiae opem quae tanti laboris con
scia fuerat postulavit. Tum illa ait ut refectior caelum sublimis que
conscendas haec tibi accipe sorbilandum. Ac tunc matri apotheosi
quae cum illa forte convenerat et iampridem libros qui ex philolo
giae ore defluxerant manu contingens ac dinumerans consecrabat.
auferens quandam glo bosam animatamque rotunditatem sumit.
ac virgini porrigit hauriendam. Verum ipsa species ovi interioris
croceo circum lita exterius rutilabat. ac dehinc perlucida ina
nitate albidoque humore. Interiore tamen medio solidior appa
rebat. quam cum philologia susciperet. quoniam post tanti laboris

Theorema est contemplatio rationum cum lineae lineis iunguntur. anguli lateribus. anguli angulis. latera lateribus. Lineae in caelo CLXXXIII. duo hemisperia unum superius a signifero usque ad polum arcticum. Alterum vero inferius sub signifero usque ad antarcticum id est usque ad australem polum.

Philologia sorbilandum immortalitatem significat quae interius forisque pulchra videtur propter utriusque naturae dignitatem interioris animae et exterioris corporis. Exteriores partes ipsius [illegible] summa intellegentia quia partes ipsius [illegible] intellegentiae imagines corporum quae in fantasiis ... [illegible] corporalium ... separamur a rebus corporalibus intelligimus esse

afflictationes aestusque mentis plurimum sitiebat. Reseratis cuius rotun
ditatis archanis postquam dulcissimam comperit totam incunctanter
exhausit

Continuoque nouo solidantur membra uigore
Et gracilenta perit macies uis terrea cedit
Aetherium q; uenit sine mortis legibus aeuum.

VERUM DIUA CUM INMORTALITATIS EX
poculum cerneret ebibisse quo e terris illam caelum pergere inmor
talemq; factam uelut enigmate redimiculi perdoceret. Ex herba qua
dam rurestri cui ΛΕΥΚΩϹ. uocabulum est uirginem coro
nauit praecipiens omnia quae adhuc mortalis aduersum uim superam
in praesidium coaptarat expelleret. quippe caducae mortalisq; sub
stantiae istaec esse minima memorabat. quae quidem omnia eadem
mater abstraxit. postquam eam mundialia transcendisse studia
recognouit. Tunc philologia ex aromate praeparato aterra que
propria atanasiae primitus supplicauit matri que eius gratiam
multa litatione persoluit quod nec uedium cum uxore conspexerit
sicut suadebat & ruria. nec cum eni dis ad chaldea miracula for
midauit. Nec igneus serit nec lymphas ubluerit. nec animae simu
lacrum syri cuius dam dogmate uerberarit. Nec phasis eius ritu
charontis manibus inuolutam inmortalitatem mortis auspicio con
secrauit. Interea conscendere iussa lecticam quae in suggestu
maximo quoniam uidebatur difficile admodum sibi me dicam inpossi
bile deputabat. In quam rem consequenter implendam alumnum
suum dilectum praeceteris conuocauit quo innixa omnem difficul
tatem superate confessionis euicit. Verum idem qui labor ab eadem
uocabatur non solum in lecticae culmen eam sustulit uerum caelum cum
domina impiger permeauit. quippe consociato sibi quodam puero
renidenti qui nec uoluptariae ueneris filius erat. & tam amor a sa
pientibus ferebatur. A fronte lecticam subuehere morantur. Nam
post ipimelia & agrypnia dilecta uirginis sustulere mancipia.
Sic enim atanasia praeceperat ututerq; sexus cum phylologia posset

Quia eum enidas chaldei inuenerunt

ascendere. Praecedit illico conscendentem musarum concinentium pompa
et praedictarum comitum uenerabilis multitudo. Periergia uero aliis
comitata pedisequis dotalibusque mancipiis curiose uniuersa perscru
tans atque interrogans sequebatur. Uerum ad culmina aetras aeriae
comitatus ille cum uirginis propinquabat. ecce subito deorum p
nubam nuntiatur. Antequam concordia fides pudicitiaque praecurrit.
Nam cupido corporeae ac uoluptatis illex licet eam semper anteuolet
Philologiae occursibus non ausus est interesse. Ad cuius conspectum
nubentis diua aperuerunt atque ut mos uirginis erat litauit aroma
tis deamque talibus deprecatur. Iuno pulchra licet aliud nomen tibi con
sortium caeleste tribuerit. et nos a iuuando iunonem. unde et iouem
dicimus nominemus. siue te lucinam quod lucem nascentibus tribuas
ac lucetiam conuenit nuncupare. Nam fluuoniam februalemque ac
februam mihi poscere non necesse est. cum nihil contagionis corpo
reae sexu intemerata pertulerim. Iterducam et domiducam unxiam
cinctiam mortales puellae debent in nuptias conuocare ut earum et i
tinera protegas. et in optatas domos ducas. et cum postes unguent
faustum omen affigas. et cingulum ponentes in thalamis non relin
quas. Socigenam te quas uel in partus discrimine uel in bello protexeris
precabuntur. populonam plebes. curitim debent memorare bel
lantes. hic ego te aeriam potius ab aeris regno nuncupatam uocem.
da nosse poscenti quid haec aeria latitudo atque athomis perlucen
tes concurrentibus campi immanitum gerant. quid uehi hic dicatur
numinum subuolare. Non enim de humilitate aeris illius quaero
qui uolucribus permeatur quem olympi montis cacumen excedit
qui uix decem stadiorum altitudine sublimatur. sed de lata disqui
ro. Iam fas puto quicquid ΠΕΡΙ ΕΥΑΡΜΟΝΙΑC
lectitans intellexeram conspicari.

HIC IUNO CONSCENDENTIS PRECIBUS
non repugnans eam secum in aeris ducit aerias atque exhinc
multarum diuersitates edocet potestatum. Illi inquit quos igni
te substantiae flammantis quae suspicimus ab ipso aetheris sperque

superioris ambitus usque solarem circulum demeantes ipsi dicuntur dii
& caelites alias perhibentur· causarumque latentium archana componunt·
Sunt enim puriores nec admodum eos mortalium uitarum uota sollicitant
ΑΠΑΘΕC quippe perhibentur· Illic iouem regnare certissimum est·
At infra solis meatum usque lunarem globum secundae· numina suppariisque
potentiae· per quae tamen diuinatio uaticinia somniaque ac prodigia componuntur·
Haec aruspicio exta fissiculant· admonentia quaedam uocesque trans
mittunt auguratisque loquuntur ominibus· plerumque enim quae
rentes admonent uel sideris cursu uel fulminis iaculo uel ostentaria
nouitate· Sed cum unicuique superiorum deorum singuli quique deseruiunt
ex illorum arbitrio istorumque comitatu· & generalis omnium praesul
& specialis singulis mortalibus genius admouetur· quem etiam prae
stitem quod praesit gerundis omnibus uocauerunt· Nam & populi
genio cum generalis poscitur supplicant & unusquisque gubernatori
proprio dependit obsequium· Ideoque dicitur genius quoniam cum quis ho
minum genitus fuerit mox eidem copulatur· hic tutelator fidissimusque
germanus omnium mentesque custodit· & quoniam cogitationum archana
superae adnuntiat potestati & etiam angelus poterit nuncupari· hos
omnes greci demonas dicunt ΑΠΟΤΥΑΗΘ CONY· Latini medioxi
mos uocitarunt· Quippe quidem omnes minus lucidae splendentisque
naturae quam illi caelestes sicut conspicis approbantur· Nec tamen
ita sunt corpulenti ut hominum capiantur obtutu· hic igitur lares
hic post membrorum nexum degunt animae puriores· quae plerumque
si meritorum excellentia subuehantur & iam circulum solis ac flam
mantia septa transiliunt· dehinc a lunari circulo usque in terram
quicquid interpatet in statu proprii partitione discernitur· & ab
orbe lunari interfusa medietas disparatur· sed superior portio
eos sicut conspicis claudat· quos semitheos dicunt quosque latine semo
nes aut semideos conuenit memorare· hi animas caelestes gerunt
sacrasque mentes atque sub humana effigie in totius mundi commoda
procreantur· Quippe quidem plerumque sui miraculo fidem faciunt caelestium·
Ut in ortu herculis geminatae noctis obsequium serpentesque

Sic in exc... factum est palladis
... in ... & fulminis iaculo
... accidit ... oste
ntaria nouitate ... quando simula
chrum palladis uisus sudasse ...

Est genius dictus paganorum diuus qui
... omnium ...
... deus loci

Cur genius

Hoc uult ut ... & illud ... a luna
usque ad terram ... media parte
... a luna usque ad medium ...
... usque ad terram caelestes
... habent potestatem

idem partus oblidens uim numinis approbauit. Tages sulcis emicuit
& ritus statim gentis sypnum qui monstrauit. Ammon apparuit
cum cornibus arietalis & uestimentum lanitio aestientibus undam
fontis exhibuit. quid loquar eos qui primi mortalibus usum aerumna
ioraque commoda praestiterunt. ut item dyonisius apud thebas. osy
ris apud aegyptios haustum uini usumque comperiens. frumentum
isis in aegypto. Triptolemus apud atticos docuere. eadem isis lini usu
sementemque monstrauit. comminuendae frugis farrisque fragmina
pilumno signat italia. ascribitas de pio grecia medicinam. Alii
quoque huius generis homines in diuinandi usum & praescientiam
procreati ut carmentis in arcadia ab effuso per uaticinia carmine
memorata. sibilla uel erytrea quae & cymea est uel frygia. quas
non decem ut asserunt sed duas fuisse non nescis. Idest herophy
lam troianam marmensis filiam & symmachiam hippotensis filiam
quae erytra progenita & iam cymis est uaticinata. Ex his diui
nandi possibilitate amphiarus mopsusque celebrati. A medietate
uero aeris usque in montium interque confinia hemithei aeroesque
uersantur. qui ex eo quod eram terram ueteres dixere aeroes
nuncupati. Ibique manes id est corpori humano praesules attributi
qui parentum seminibus manauerunt. Denique haec omnis aeris a luna
diffusio sub plutonis potestate consistit qui etiam summanus dicitur
quasi summus manium. hic luna quae huic aeri prope est proserpi
na memoratur. Verum illi manes quoniam corporibus illo tempore
tribuuntur quo fit prima conceptio & iam post uitam hisdem cor
poribus delectantur atque cum his manentes appellantur lemures. qui
si uitae prioris adiuti fuerint honestate in lares domorum urbiumque
uertuntur. Si autem deprauantur ex corpore laruae perhibentur
ac maniae. Manes igitur hi tam boni quam truces sunt constituti.
quos agathos & cacos demonas memorat graia discretio. In his
etiam locis summanes eorumque praestites mania atque mantuona
ductiamque quos aquilos dicunt. Item fura furinaque & mater
mania intemperieque & alii tripites diuorum degunt. Circa

Liuius tuscanicae auratis insig(ni) arenis iuxta quem sypheus oppidum habitat. ab illis dixere quidam eum ... & fluuium & oppidum a quodam tago monstratum. Nec nos moueat quod idem marcianus id est oppidum syppone in libro de geometria uocat.

Tripto. luctor. inde treptolem luctans grandi frumentum

...i. emitheo

... deum ciuitate

quam uirgilius dicit deiphoebam glauci

euare aeroes

Vis illorum officia spectare crendere manducare bibere cubere dormire

haec

... tuae

Monstra diabolica in similitudine aquilae ... hominib.

ipsum uero terrae circulum aer ex calore supero atq: exhalati madore q:
inferior turbidatus egredientes corporibus animas quodam fluenti
aestu collidens. Non facile patitur euolare. Hinc quippe tractum
pyryphlegethonta sollertia poeticae adumbrationis allusit. Atque
in eo perenni strepitu uolutata collidit(ur) animarum quas uedius
adiudicarit impi & a sidi pluton quem etiam ditem ueiouemq: dixere.
Ipsam quoq: terram qua hominibus inuia est referciunt longaeuorū
chori qui habitant siluas nemora lucos lacus fontes ac fluuios. appellan
turq: panes. fauni. fones. satyri. syluani nymfae. fatui fatuaeq: uel
fantuae. uel & fanae a quibus fana dicta quod soleant diuinare.
Hi omns p̄ p̄lixum tempus moriuntur ut homines. sed tamen & praescien
di & incursandi & nocendi habent praesentissimam potestatem.
Inter priores igitur genios tua adhuc mortalis uirginis diu con
sistet. Nam et etiam tibi aetheria iuno seu uesta est tutum. Immortali
diua atq: praecepit dicens. I unde consilio iouis directa demum q:
de aerea uirginis partem sumit. Tunc portitores diu gestatam lec
ticam magno cum molimine subuexere. Sed postquam CXXVI stadiorū
aeria subuecti leuitate conscenderant. Aetonum primum ex phton
gis compleuere caelestibus. Lunarem ingressa circulum uirgo diuae
congruis nidoribus supplicando de proximo conspicatur globo
sum quoddam tenerumq: corpus e superni roris leuitate compactū.
Instar speculi praenitentis a diaculati fulgoris radios reuibrare.
In eas sistra nilia caeleusinaq: lampas arcusq: dictynnae tympanaq:
cybeleia uidebantur. Triformis etiam discolor que uerago
terribili quadam maiestate rutilabat. quae licet cornigera & aspera
crederetur egestionib. oportuna tamen & felem & ceruam & co
uersiones bis binas uultib. praeferebat. Ex hinc medio quam
ad lunam conscenderat ad cyllenii circulum uenit. qui hemitonio
permeato multiplexerat utpote nubenti dominae ministrorum
populus laetabundus occurrit. Inter quos splendentis formae
habitusq: femina ac propter ubertatis ornatibus opulenta
uirgine salutata usquequaque eius osculum confisa peruenit. Sed

Pyrphlegetonta ē igneus fluuius totū infernū ambiens. de circulo martis manans. figurate significans turbidā corpulentāq: huius infimi aeris naturā q̄ reptā ē igne desuper & imb. tracto. & aqua ex aere. in q paganī putant peccatrices animas damnari. poeta dicit q̄d ex circulo martis igneus flegeton progredit. i. fluuius in quo torquentur animae male uiuentes in inferno.

Et ita est iungendū. Consistet igitur inter priores genios tua adhuc mortalis uirginis. i. quae tua fuit cū ad huc mortalis uirgo esses. & postquā tecū fui dū ad huc esses mortalis tibiq: in omnib. affui. consistam & ita tecum int priores genios. i. int priores deos qui supra circulū solis consistunt. & pro certo iuno. quae pro sapientia accipitur. ratione affuisse dicitur p genio cū adhuc mortalis esset. nec non & postquā facta est inmortalis. q̄m ratio semp inmortalis cōmitari a sapientia.

Sistrū p̄p̄ie organū. sed hic p̄ passiones lunaticas. inuenit tantū apud egyptios. Sistra mania. i. lunatica passio niliaca igit. sistra dicit quia lunatici i. circa nilū maxime laborant.

Bis bina dicit cuersio lunaris p̄p̄ē q̄dri fariā mutatione. Primus motus ē a noua usq: ad octauā. q̄ motus cornicularis uocat. scds ab octaua usq: ad plenilunium in qua mutatione aphitrite uocat. Deinde a plenilunio usq: ad uigesimā scdam in qua & iā similitudo aphitritae uocat. t. hinc usq: ad trigesima cornicularis.

Iuno hic de se ipsa tāquā de alia loq'r tali sensu. Ego q̄ potestatē huius aeris habeo hucusq: i. d. ē usq: ad culmā aeris. aeris ē diua mortaliū int priores genios. i. int p̄pinquiora terris numina consisto. tua quae adhuc mortalis eras diua ñ ero. m. ū dū immortalē diuaq: factae sero ē in diuā aetheriā & immortaliū p̄sentē. hic enī iuno aetheria uocat & uesta & tibi praecipue sedem conciliant iouis

mirabatur illa obsequentium multitudo· quae sicut syrus quidam
astruit innumero ductorum milium fuerat constituta· quod fe
mina quam & rusci dicebant ipsi deo nuptam fuisse cyllenia· nulla
prorsus inuidia tralla ta uirginem complexa constrinxerat· haec
autem facundia· Nam hoc illi uocibulum in phylologiae penatibus
sortam educatamque memorabat· Nec indignum esse quod sibi alu
na praelata est· quae & sibi semp[er] ornatum & pabulum multis prae
buerit disciplinis· Uenit & iam quaedam decens ac pudicissima
puellarum quae praesul domus custosq[ue] cylleniae· Uerum the
mis aut astrea aut erigone dicebatur· spicas manu caelatamq[ue]
ex hebeno pinacem argumentis talibus afferebat· Erat in me
dio auis aegyptia quae ibis memoratur ab incolis· sed cum petaso
uertex atq[ue] os pulcherrimum uidebatur· quod quidem serpentis
gemini lambebat implexio· subterque quaedam praenitens uirga
cuius caput auratum· media glauca· piceus finis extabat· sub dextra
textu dominantisq[ue] nepa ac leua capra· sed dilosonalitem quae
sitos anum mitior in certaminis temptamenta pulsabat· Ipsa
uero ibis praenotatum gerit nomen mensis cuiusdam memphitici·
hanc tabellam cum ingestam sibi cognosceret argumentum· Tamen
non ausa est sine supplicatione transire· Tunc & iam candidior ath
lantidum iouis congressu pignorisq[ue] culmine puecta superuenit·
quae quidem nec minutus officio sine blancae libra apparere digna
ta est· Quam uirgo uenerata quo satis sociam filio recognouit·
duabus cum lucrorum potente dicatis coepit honorare pecudibus·
hinc festinatur ascensus & usq[ue] inueneris circulum emitonio tras
uolatur· Ipsa que uenere quae & nuptiis aluescebat quantum de
cebat orata· hoc in ea perhibetur intuita· quod admodum pulchra
tamen ananthias draconibus circumflexa crebroq[ue] capillitio uulsa·
ambifariumq[ue] nital secum congressam testificat· Mox studium in
solarem laborare circum· quippe sesquiplo fatigabat ascensum qui
tonos ac dimidius habebatur· Ibi quandam nauem totius naturae
cursib· diuersa cupiditate moderantem cunctaq[ue] flammarum

Marginal glosses:

erisi· lucratio· gone· mulier
pinax· capsa organi in qua ordines fistularum figuntur & tabula picta
ornion· ophiophagion· auis colubros manducans· i· ciconia
ΔΥΟCΦΟΛΗ· i· humilis uox
R
uirgo uenerata· lic& sponsi cognosceret &
p[er]enital· uoluptas manendi sine cupiscentia carnis· circumamictu· i· p[ro]pu[ri] dei· ambifariu[m]q[ue] nitale quasi metos· finis telos· i· fini[s] [illegible] calliginu[m] [illegible] principium [illegible] pason [illegible] inferiaris

p[er]kasu d[icitu]r auis· aut apendo sursu[m]· aut quia grece dic[itur] p[er]kason· pansu[m]· petasum a pansis alis dictum

congestione plenissimam beatis circumactam morabus conspicatur.
cui autem septem germanitas mensuque consimiles praesidebant.
In prora felix forma depicta leonis, in arbore, crocodrilli in extimo
uidebantur. In eadem uero rate fons quidam lucis aetheriae ar-
chanisque fluoribus manans in totius mundi lumina fundebatur.
Quo uiso philologia consurgens totaque ueneratione supplicans ac
paululum conivens oculos deum talibus deprecatur

Ignoti uis celsa patris uel prima propago
Fomes sensificus mentis fons lucis origo
Regnum naturae decus atque assertio diuum
Mundanusque oculus fulgor splendentis olimphi
Ultramundanum fas est cui cernere patrem
Et magnum spectare deum cui circulus aethrae
Paret & inmensis moderaris raptibus orbis
Nam medium tu curris iter dans solus amicam
Temperiem superis compellens atque coercens
Sidera sacra deum cum legem cursib(us) addis.
Hinc est quod quarto ius est decurrere circo
Ut perfecta tibi numerus ratione probetur
Nonne hac principio geminum tu das tetracordu(m)
Solem te latium uocitat quod solus honore
Post patrem sis lucis apex radiisque sacratum
Bis senis perhibent caput aurea lumina ferre
Quod totidem menses totidem quod conficis horas.
Quattuor alipedes dicunt te flectere habenis
Quod solus domites quam dant elementa quadrigam
Nam tenebras prohibens retegis quod caerula lucet
Hinc phoebum perhibent prodentem occulta futuri
Uel quia dissoluis nocturna admissa lyaeum
Te serapin nilus memphis ueneratur osirim
Dissona sacra mitram ditemque ferumque typhonem
Attis pulcher item curui & puer almus aratri.

Ab eo q(uo)d ÷ isis regina que ab io ue in uacca co(n)uersa ÷ . Serapin autem quasi seron apin. i. forma bouis.
Accidit & adorat ... in simulacro ... bouis

A mmon & arentis lybies. ac byblius adon · *Biblius. a ciuitate . t. al... quem uen dilexerat*
S ic uario cunctus te nomine conuocat orbis
S alue uera deum facies uultusq; paterne *(inter omnium deorum numina)*
O cto & sescentis numeris cui littera trina
C onformat sacrum nomen cognomen & omen *(componit)*
D a pater aetherios mentis conscendere coetus
A strigerumque sacro sub nomine noscere celum

[margin: THT. dux. Macrobius apollinis. NOYCTHT uocat quasi ducem & principem ... T. trecentos. H. octo. T. trecentos. ... potestate uel. H. Y. C. ... agathos ... deus t. bonus]

HIS AUDITA DEORUM SEDES IUSSA EST permeare. uerum emitonio subleuata pyrois circulo immoratur: *(martis. pyr. ignis)* In quo iouis fuerat maximus filiorum. ex quo circulo uisus est pyr phlegethon amnis ad infera demeare. Quo transgresso neque tenui labor fuerat emitonii interiecta transcurrere in qua iouialis sideris peruenere fulgores: cuius circulus phrygio *(emi tono)* personabat. Illic sidus erat temperamenti uiuificia ac salubris. ac fulgentibus blandisque uibrata candoribus. cuius quidem lucis natura ex calidis humidisque commixtionibus candens. quadam prosperitatis tranquillitate rutilabat. Verum ibi sidus iouis. Nam ipse totius mundi membra conlustrans ad deorum dicebatur imperium & senatum caelitem commeasse. Hinc etiam praetergressa circum ac pari interiectione *(emitonio: hemitonio)* sublimis deorum rigidissimum creatorem ht mittebatur orbis melo dorio *(dulcedine acuta; sono acuto)* tinniebat sed ipsi praesuli *(saturno)* nunc draconis facies. Nunc rictus leonis. Nunc cristae *(coronae)* cum aprinis dentibus uidebantur. totoque exitialis sequebatur horrore. Cui tamen potestas procaci grandidate maior ac praelata ceteris habebatur. Denique harpis bombisque perterrita intoleranda congressione uirgo diffugit. Inde maximis conatib. sesquiplo tenensis euehuntur. Nam tono ac dimidio ad ipsius caelestis sphaerae globum ac laqueatum stellis ambitum perueniunt. Sicque sex tonorum consensionibus & stadiorum defeta *(consueta quia defecto ...)* lassitudine fatigati cum diapason simphoniam *(consonantia)* quicquid emensi *(discenderant)* erant aduerterent consonare perfectione absolutae modulationis. post labores maximos recreati paululum conquierunt. Ipsa quippe philologia lectica desiliens cum inmensos *(magnos)* luminis campos aetheriaque tranquilli

ht In algido heretem. pruinisque niualibus conspicata. Verum idem quae circuitu

[margin: Dorius tropus .u. t. per asperitatem]
[margin: y palla [illegible]]
[margin: S. ex uno musice plenitudo diapason est]

tatis uerna conspiceret. ac tunc tot diuersitates cerneret formasque
decanorum. Tunc octoginta quattuor lyturgos caelo mirarentur adstare.
uideretque & praeterea fulgentes crebrorum siderum globos. & circulo
Qua absidib. inuicē ligantur rum alterna illigatione texturas. Ipsam uero quae ambitum coercet
mīts ultimum speram rapidibus incitatam. polosque & axem ex caeli summitate
Absida. exedra. angulus. uibratum profundam transmeare terram. atque ab ipso totam caeli machi moles
namque torqueri. tanti operis tantique rationis patrem deumque non sciens.
ab ipsa etiam deorum notitia secessisse. quippe extramundanas beatitu
dines eum transcendisse cognouerat. Empyrio quodam intellec
tualique mundo gaudentem. Iuxta ipsum extimi ambitus murum an
nixa genibus ac tota mentis acie coartata diu silentio deprecatur. uete
rumque ritu uocabula quaedam uocem mentis in damans. secundum dis
sonas nationes. numeris uarii sono ignota iugatis alternatisque litteris
inspirata ueneraturque uerbis intellectualis mundi praesules deos.
eorumque ministros sensibilis sphere potestatibus uenerandos. uniuer
sumque totum infinibilis patris profunditate coercitum. poscitque
quosdam tris deos. aliosque dienoctisque septem radiatos. quandam
etiam fontanam uirginem deprecatur. secundum platonis quoque
mysteria. ΑΠΑΞ ΚΑΙ ΔΙC ΕΠΙΚΕΙΝΑ potestates. his ditissime
florem ignis atque illam existentem & non existentib. ueritatem
toto pectore deprecata. Tum uisa secernere apotheosin sacraque
meruisse. quippe quidam candores lactei fluminis tractu stellis
efflammantib. defluebant. Laetabunda igitur gratesque testata
iter in galacteum flectit. ubi senatum deum a ioue nouerat
congregatum. Erat autem ibi iouialis domus quae etiam gran
ditate intramundanum ambitum possideret. & decoro conspi
cuo fulgorem siderum uinceret. & nouitate situs signiferum
circulum decusaret. Praeterea tanto splendore renidebat ut ar
genti credore[illegible] fabricata. Materia ibi septa candentia culminaque
spectatum limbis niualibus albicabant. Ubi iam iuppiter cum
iunone omnibusque diuis in suggestu maximo ac subselliis lacteis
residens. sponsales praestolatur aduentus. qui simul musarum

Lacteus circulus bis tangit zodiacū. i. in geminis & sagittario

Limb. … circuit ubi capita scorpii pinguntur

uoces aedis sonis meladulcia cantilenis uirgine aduenientepercepit.
prior tamen loco praecepit ut per cyllenium cum quolibet & delius fidi
amantissimiq; germani hercules & uterq; castor pro uirgine gra
diuusq; & quicquid deorum deioue progenitum est cyllenii
adherebat officio. Elementorum quoq; praesides angeliq;
populi pulcherrima multitudo animaeq; praeterea beatorum ue
terum quae iam caeli templa meruerant gressus maiugenę seque
bantur. Linum homerum mantuanumque uatem redimitos
canentesq; conspiceres orpheum atque aristoxenum fidibus perso
nantes platonem archimedenq; spheras aureas deuoluentes ar
debat heraclytus. udus tales circumfusus atomis democritus
uidebatur. samius pythagoras caelestes quosdam numeros repli
cabat. aristoteles per caeli quoq; culmina endelichiam scrupulo
sius requirebat. Epicurus uero mixtas uiolis rosas & totas appor
tabat inlecebras uoluptatum. Zeno ducebat feminam prouidentē
Archisilas collum intuens columbinum. multusq; praeterea pallia
torum populus studiis discrepantibus dissonabat. Quiquidem
omnes inter musarum carmina concinentium. audiri licet pertre
perent nullo potuere rabulatu. Veniente igitur introgressoq;
cyllenio omnis ille deorum senatus ueneratus uerticem ingre
dientis exurgit. Ipse iuppiter eum propter suum consessum
palladeq; adextra sociata medium collocauit. Nec longo inter
iectu ipsa quoq; philologia ambita musis a matre pambula
corrogatur. quam ingrediente a uesta deum nutricia eademq;
pedisequa acerra milla olacem aromatis refundente. omnis
ille ordo caelicolum portiones sibi competentes attribuens
arabicis letabatur halatibus. Uerum uirgo ut est per omnia
uerecunda licet a ioue eius assidere confinio iuberetur. tam
ibi uoluit potius ubi musas conspexerat amota palladis con
sortio, residere. Tunc exurgens uirginis mater poscit a
ioue superisq; cunctis uti sub conspectu omnium quicquid
sponsalium nomine praeparauerat maiugena traderetur.

Esiodus aequum carm. Tales in p ratus cognoscens
Democrit iudicium populi. iudex de athomis iudicauit
Pithagoras ñ egens interrogationi

Quia ipse ñ nuptie ñ erant ad coitū

Fronesis prudentia

Papia et poppea lex ab eisdem inventoribus dicitur

ac demum dos a uirgine non deesset. Tunc et tabulas et papiam poppeamque legem inerent recitari. Cuius petitioni iustissimae deorum senatus et tributu in consessu caelitum offerenda probarentur. Hic phoebi exurgit fratris officium non detrectans ac singulas ex famulitio decuriae cyllenio incipit admouere. quae tam pulchrae cunctisque ornatissime refulsere.

Transcursa lector parte magna fabula — IAMBICUM
Quae tam morosis implicata ductibus — SENARIUM
Tenui lucernam palpitare lumine
Coegit instans inminens crepusculum
Amnis roseti purpurare culmina
Aurora primo conuenustans habitu
Surgens fenestras dissecare lumine
Adhuc iugata comparatur pagina
Quocumque ducta largiorem circulum
Nunc ergo mythus terminatur infiunt
Artes libelli qui sequentes asserent
Nam fruge uera omne fictum dimouet
Et disciplinas annotabunt sobrias
ex se facere ut procuro propugno. Nam praepositio perit. proconsulo
autem non facit. licet consulo faciat. Tamen si proconsule dicatur in casu
nominatiuo monoptoton erit. Sed propter consuetudinem proconsul
dicatur ut declinari possit quemadmodum illa quae .l. littera termi *[margin: piscis multum agilis tertia mugil]*
nantur ut mugil [uel mugil] pugil. quoniam [ideo in .l.] in plurali genitiuo mugilum dicimus &
pugilum. Nam si mugilis esset nominatiuus ut agilis. mugilium faceret.
ut agilium. Sin .m. littera etiam neutra finiuntur. ut [tre] caelum. scamnum *[margin: Sin]*
Sed hoc animaduertamus. quoniam quae nominatiuo .i. anteultimam sylla
bam habent in genitiuo singulari. Item datiuo. & ablatiuo pluralibus. *[margin: ..lilii liliis.]*
eandem geminare debent ut lilium. folium. quoniam genitiuus aut pares syl
labas nominatiuo habet ut scamnum scamni. [uel a] ut plures. caput capitis.
pau[ei]ciores. numquam. Praeterea datiuus .o. littera finitus. in .i. [in dat. plurali] eam con
uertit ut scamno. scamnis. sed consuetudo & auctoritas ueterum *[margin: parenthesis]*
ingeni & consili [in genitiuo singl.] imperi. per tres syllabas maluit dicere. uasum an
uas. Dici debeat. Quaeritur quoniam quaecumque neutra non .m. littera
nominatiuo finiuntur. si pluralem recipiant datiuo & ablatiuo
in bus cadunt. [sicut] fagi. monile monilib. genu genibus. pecus pecorib.
nomen nominibus. marmor. marmoribus. secundum quae uasis uasib.
facere debuit & in genitiuo horum uasium. quoniam quaecumque neutra
singularia ablatiuo .e. littera finiuntur. genitiuum pluralem totidem
syllabarum habent quot ablatiuum singularem. ut a nemore.
nemorum. capite capitum. Sed hoc nomen per [inaequalitatem] anomaliam declinatur.
& erit singulari nominatiuo uas. Genetiuo uasis. datiuo uasi. Ab
latiuo a uasi. plurali autem numero sic declinabitur. ut scamna.
Lucretius tamen genitiuo uasi. ut gari quae facit [ansas] lateramina uasi.
Sin .n. littera terminantur masculina ut flamen. pecten. communia *[margin: Sin]*
duob. generibus ut tibicen fidicen. quod frequentissimi auctores

non probant. Nam & tibicinam & fidicinam dicunt. Item neutra ut omen
flumen. quae omnia manifesta declinatione uno modo declinantur. Al
tera species est generis masculini quae e litteram ante extremam n
seruat ut lien rien. quae tamen ipsa quoque in ceteris ut superiora decli
nantur. Gluten quoque his simile est. licet sallustius gluttinum dixerit.
Item femina quasi similia uidentur. nam Ren. singularis nominat.
necullus alius ablatiuo excepto in usu est. Greca quae n finiuntur
praecedentes habent litteras. a e i o ut alman. cefen. delfin. foe
ton. ex quibus quae an en in terminantur. exemplo superiorum
declinantur. ut fulmen. numen. fidicen. Quae uero on finiunt.
si producta on grece declinantur. leon. eandem litteram & apud nos
producunt. ut cicero. scipio. Ea autem quae ex productione nomina
tiui casus corripiuntur. in reliquis figurationibus. ut anfion. criton.
Agamen non amittunt apud nos n litteram. In nominatiuo & com
parabuntur his latinis quae in diuersis casibus correpta efferunt.
Sic amphion nis ut uirgo uirginis. ut uirgo. turbo. quae apud grecos recipiunt t litteram apud nos quoque
eandem habebunt. ut foeton foetontis. R littera praecedente. a
terminatorum ut caesar. Lar. far. par. Impar. una forma est.
nisi quod neutrum. in reliquis casib. r litteram geminat. ut far. farris.
Poetarum uero licentia haec nomina pluraliter dixit. cum omnia nomina
quae pondere aut mensura aestimamus. pluralem numerum non
admittant. ut aurum. plumbum. Triticum. oleum. Errant ergo qui
parium dicunt quoniam haec in plurali triptota sunt. ut hi caesares. hos
caesares. o caesares. Nec potest accusatiuus i habere ante s. si genitiuus
ante ur habet. Videntur tamen qui parium dicunt nominatiuum
pluralem generis neutri intueri. & quoniam paria dicunt ut suauia
facere parium. ut suauium. R littera praecedente. e termi
I natorum species sunt sex. Prima quae genitiuo casu nullum in
crementum admittit. & in i litteram mutatur. ut aper.
II niger. macer. Apri. Nigri. Macri. Secunda haec ut tener.
III Lacer. puer. Teneri. Laceri. pueri. Tertia ut imber. uter.
quae a superioribus hoc differt quod haec in genitiuo.

34

s. litteram accipit. & datiuo .i. finitur. & non crescit ut secunda
species. & in genetiuo plurali .i. similiter finitur. Quarta ut mater. IIII
pater. frater. quae datiuis pluralibus non ut prima species a pris.
sed fratribus facit. Nec (ut species) secunda syllaba crescit. & in genetiuo plu
ralium syllabam habet. Dicimus enim patrum. fratrum. non ut tertia
u trium imbrium. Praeterea tres casus similiter (similes) habet. hi patres.
hos patres. o patres. cum imber. & uter. hos imbris. & utris facit. V
Quinta species est ut passer. aser. liter. mulier. quae a secunda spe
cie hoc differunt quod illa (cu) in incremento syllabae .i. littera finiunt.
ut gener generi. haec in is exeunt ut passer passeris. & in ceteris
discrepant. piper namque & acer (genus leguminis) neutra in quinta specie (numer) habent.
Nam ut passer ita declinantur in numero singulari. quae non quam
egrediuntur. Sexta species ut neuter (uter). neutrius enim & utrius VI
facit. & declinantur (nomina) ut cetera pronomina quae in ius litteras
genetiuos. & in .i. datiuos agunt (finiunt). praeterea eos (ea) (singulares & plurales) genetiuos & datiuos
communes habent cum reliquis generibus. id est feminino neutroque.
R. littera praecedente .l. una tantum species est. ut R. littera prae I
cedente .o. terminatorum (nominum) species sunt duae. Alia quae per ob I. II
liquos casus producuntur. ut sopor soporis. color coloris.
Alia corripiuntur ut (alii robur) arbor arboris. Sed unam declinantur. casto
ris. & hectoris genetiuos ueteres produxerunt. sed nos corripimus.
quoniam grecorum nominum genetiuos corripiunt. R. littera prae
cedente .u. terminatorum species sunt duae. Prima ut satur. I
quae genetiuo .i. finitur. ut saturi. Secunda quorum genetiuus II
in .is. litteras uenit. ut sulphur sulphuris. augur auguris. He
ra autem quae .ur. litteris finiuntur. Alia retinent .u. littera
ut (soli pyr) sulphur sulphuris. Alia immutant. ut ebor eboris. S. S.
littera finitorum nominum formae sunt octo. Nam aut .a. lit
tera praeponitur. ut mecenas ciuitas. aut .e. ut uerres. moles.
aut .i. ut panis. aut .o. ut custos nepos. Alias .u. ut uetus. lig.
Alias .r. ut iners. Alias .n. ut serpens. Alias .p. ut praeceps. S.
autem littera praecedente .a. species sunt duae. Prima ut mecenas I
Lenas.

Lenas ... habet acceptum ... pluralis nominati ... accusatiuus a nominatiuo lena. quod est gen. uestis. Lenas autem ... prium nomen capra

sII Secunda ut nostras priuernas [gentil] quae a superioribus hoc differunt quod
communia sunt omnibus generibus & assumere debent .i. litteram
in genitiuo plurali quae neutralibus in plurali nominatiuo accusatiuo
uocatiuo familiaris est. Igitur prātum priuernatium dicimus. quia
sunt haec prāta priuernatia. Sed & pregnatium & optimatium
dicimus. quia accusatiuus pluralis .i. litteram habet ut hos & has op
timatis & has pregnatis. quamuis ueteres praegnatum & optimatū
dixerunt. praegnas autem feminini & neutri generis est. As & mas
cum sint monosyllaba analogia non tenentur. sed propria quadam [ideo dissimiliter]
declinatione assis & maris facit & in plurali assium & marium. Fas
& nefas aptota sunt. Graeca nomina quae apud nos in as exeunt tres
sI species habent. Prima est ut olympias. pythias. Haec olympiadis
sII & pythiadis facit. Secunda ut pallas thoas atlas. Haec pallantis
sIII thoantis atlantis facit. Tertia ut aeneas. pythagoras. licas. Haec
facit aeneae. pithagorae. licae. quan[aliquando]do [latina] p̄ ratione nomina quae
genitiuo in ae exeunt nominatiuo in a [finiuntur] ut catiline catilina. Sed
haec greca sunt. Ideo in nominatiuo s litteram [ut catelinus] retinent. Quaedā
t mela tamen perdunt s litteram in nominatiuo ut nicia medea. Ergo
in his nominatiuis consuetudo seruanda est. S littera praeceden
sI te e terminatorum species sunt quinque. Prima quorum nomina
tiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales similes sunt. Sed genitiuus
sII pluralis in um exit. ut hercules proles. herculum prolum. Secunda
species est. quae a superiore hoc differt quod genitiuum pluralem in ium
sIII compellit. accusatiuum in is [es] ut nubes. rupes. cautes. In qua forma
masculina non habentur. Tertia quae & iam si aliquam inter se habeat
differentiam in declinatione. tamen quoniam incremento syllabarum
pares sunt in obliquis casibus in unam speciem rediguntur. ut teres. t seres [illegible]
bipes. merces. Masculini autem exempla non sunt nisi greca ut chre
sIIII mes. laches. Quarta species hoc differt a praecedente quod per ob
liquos casus e in i compellit cum superior e litteram seruat.
Videlicet quoniam in nominatiuo non ut superiora e producunt sed
sV contrahunt ut hos pes. antistes. ales. comes. Quinta species

a superiore hoc differt quod genitiuus aucta syllaba .i. littera finitur.
qui etiam datiuus habebitur. accusatiuo in em exit. ablatiuo in .e. Cuius
pt
numeri nominatiuum cum prima positione & uocatiuo & uocatiuos singula
cōmiscet
ri confundit. Datiuū & ablatiuū. bus syllaba finit. facies. spes. dies.
acies. sed consuetudo rei & spei corripuit fortasse quod mono syllaba
sunt. S. litteram praecurrente .i. terminatorum alia crescit per obliquos
casus. alia intra modum positionis continetur dumtaxat in numero sin
gulari. Eorum igitur quae non crescunt species sunt .III. Prima generis
masculini ut scrobis. mensis. Licet lucanus exiguam scrobem dixerit.

Scrobis. & scrobs facit nominatiuum. a scrobeo uerbo. dicitur & etiam scobs. a scobeo.

Feminini & communis. ut canis. iuuenis. quorum declinatio liquet. Se
cunda species hoc a superiore differt quod ablatiuum in .i. littera finit
accusatiuum in .im. ut duo sola masculina. ligeris. tiberis. feminina
clauis. peluis. turris. sitis. tussis. Hanc rationem declinandi mani
festam diminutio facit. quae .i. producta in omnibus istis pronun
tiatur. Itaque quotiens dubitamus de nominis enuntiatione dimi
nutionem eius consolemus. Eorum quae syllaba crescunt species
sunt due quarum altera corripit .i. litteram. In qua forma sunt mas
per diminutiū
culina sanguis. puluis. lapis. feminina. cuspis cassis. In quibus nihil
interest. quod alia in declinatione .i. conseruant. alia in .e. tran
seunt. Item quod alia dis. alia ris syllaba in genitiuo finiuntur.
Altera species .is. litteram producit in nominatiuo. ut glis. lis. samnis

Glis gliris animal. glis glisis terra tenax. glis glitis lappa

quam & in obliquis similiter conseruant. & in genitiuo plurali.
.i. ante um. syllabam dicamus glirium. litium. samnitium non ut
superiora lapidum. cuspidum. cassidum. S. littera praecedente o
terminatorum. cum sit paruum discrimen una species potest esse.
Nam cum omnia in obliquis syllaba crescant hoc differunt quod
quaedam in genitiuo .s. litteram in .t. quaedam in .d. quaedam
in .r. conuertunt. ut nepos nepotis. custos. custodis. Mono
syllaba masculina. ut flos floris. ros roris. Item neutrum. os. oris

Flos a fluendo dicitur

In ossibus autem nominatiuum consuetudo facit. os contra rationem
quoniam in genitiuo .r. non habet. sed nec ossum potest dici. quoniam neutra
quae nominatiuo .m. terminantur. bus. syllabam non admittunt

US numeroplurali · Ergo in monosyllaba analogia non tenetur · S · litterā
sp. I praecurrente · u · terminatorum · species sunt sex · prima genitiuus · i ·
simplici uocatiuus · e terminantur · ut marcus · Sextus · genitiuus · ut
sp. II marci · sexti · Uocatiuo ut marce sexte · Secunda species a superiore hoc distat
quod genitiuo · i · geminat · & uocatiuo · i · terminatur · ut antonius · iuliū
huius antonii · iulii facit · & o · antoni · iuli · in ceteris cum superiore consen
sp. III tiunt · Tertia species nominatiuum cum uocatiuo miscet · et genitiuo easdē
litteras producte conseruat · datiuo · u · & · i · ablatiuo · u · accusatiuum
terminantur · ut senatus · fluctus · exercitus · quae pluraliter nomina
tiuum · cum accusatiuo & uocatiuo · in · us · productum agunt · Genitiuū
sp. IIII in · u · um · datiuum · & ablatiuum · in bus · syllaba · Quarta species in
crementum sillabae per obliquos casus accipit · Ita tamen ut aliquam ua
rietatem inter se habeant · quaedam enim · u · litteram retinent · Alias
correptam · alias productam ut ligus · liguris · palus paludis · uirtus ·
uirtutis · quaedam eandem · u · litteram in · e · mutant · ut uetus ueteris
uenus ueneris · Quaedam · in · o · ut nemus · nemoris · quae tamen uno
modo declinantur · Laus · & fraus cum sint monosyllaba & duas uocal
habeant iunctas · in eadem specie habentur quia similiter syllaba crescit ·
sp. V Quinta species pronominum quae us terminantur · ut unus · solus ·
totus · quae hoc modo declinantur · unus · unius · uni · unum ·
sp. VI une · ab uno · uni · unorum · Unis · unos · uni · ab unis · Sexta eus
ut inuleus · eculeus · & uocatiuo · e littera geminata efferuntur
ut eculee inulee · Sed quidam malunt in eu · ut ty deu · Uocatiuo
DE NEUTRIS IN · IS · ET · IN · US graece dicere · S · litteris finita praecedente · i · neutra monoptota
ut tressis · sessis · S · litterā praecedente · u · duae species sunt ·
sp. I Prima quae in · i · genitiuum agit & pluralem non habet · ut uulgus ·
pelagus · uirus · lucretius uiri dicit · quamquam rectius inflexū
sp. II maneat · In secunda specie sunt quae per obliquos casus crescunt ·
& genitiuo singulari · in · r · is · litteras exeunt · ut genus · nemus ·
Ex quibus quaedam · u · in · e · mutant · ut olus · oleris · ulcus
ulceris · quaedam in · o · ut nemus · nemoris · pecus pecoris · In
dubitationem ueniunt · fenus · & stercus · In · e · an in · o · mittenda sunt ·

Interlinear and marginal glosses (later hand): "gentile" (over liguris); "genetiuus" (right of ueteris); "in" (over Sexta eus); "pullus capreę uel ceruí" (over inuleus); "inuleus, -ei" (left margin); "neutros" (over monoptota); "tres asses habens" (over tressis); "uoluntate uagus" (over uulgus); "ut" (over nemus); "dubitatione feneris et stercoris" (left margin).

36

Uulnus in flexu ulcus nat[illegible]

qm̄ quae in nus syllabam finiuntur · u · in · e mutant · ut uulnus gen̄ · [ingenitiuo]
fenus · & feneratus dicimus · fenus · exemplo non debet fio [ieni]
cere cum inter dubia genera ponatur · Item ueteres stercoratos
agros dicebant non stercoratos · S · littera finita nomina praecur DI · NS · L · RS ·
rentibus · n · t · r · omnia sunt unius generis · nisi quae ante · s · r · ha
habent · Interdum · d · recipiunt · ut socors socordis · Interdum t [sine corde demens]
ut sollers · iners · In plurali quoque excepto genitiuo · & accusatiuo · [multa arua per titu(m) perit]
omnibus casibus similiter declinantur · Nam quaedam · in · um · ÷
genitiuo · & accusatiuo · omnibus casibus · similiter declinantur :
Nam quaedam in · um · genitiuo · accusatiuo in · s · exeunt · ut mars
artis · Quaedam in · ium · ut sapiens · patiens · & ob hoc accusatiui
eorum in · is · exeunt · pleraque autem ex his nomina tribus generibus co
munia sunt · T · littera neutra tantum nomina quaedam pauca finiunt
ut git · quod non declinabitur · ut caput sinciput · quidam cum lac [genus leguminis nigri] [dimidia pars corporis porcini]
dicunt adiciunt · t · propter quod facit lactis · Sed uirgilius · lac
mihi non estate nouum non frigore defit · quippe cum nulla apud
nos nomina in duas mutas exeunt · Et ideo ueteres lacte in nomina
tiuo dixerunt · X · littera terminatorum quaedam in genitiuo plurali X
in quibus omnia communia · in ium · exeunt · & ob hoc accusatiuo · in · i ·
& · s · plurima uero genitiuo in · u · & · m · non praecurrente · i · & ob
hoc in e · & · s · accusatiuo exeunt · Nam in reliquis consentiunt ·
utpote singulariter omnia nominatiuo habeant genitiuum · in · i ·
& · s · agant · datiuum · in · i · littera · ablatiuum · e · finiant · Adiec ÷
taque · m · accusatiuum definiant · Adiectaque · m · accusatiuum de
finiant impleantque · Pluralia uero datiuum · ablatiuumque · bus
syllaba finiunt · Nam de ceteris quibus dissident · uete
res quidem atrocum & ferocum · qua ratione omnium · x · [n̄ atrocium]
littera finitorum · una species uidebitur · huic · x litterae omnis
uocales praeferuntur · ut capax · frutex · pernix · atrox · redux · [qui reducitur de periculo]
Ex his nominibus quae in nominatiuo producuntur · quaedam
corripiuntur · quaedam consentiunt in nominatiuo · in obli
quis dissentiunt · pax & enim & fapax · Item rex · & pumex · [spongia]

& · i · litteram quam habent · neutra nominatiuo pl(ura)li · dant & in genitiuis reliquis generis cum quibus communia sunt · T ·

Item nux & lux primam positionem uariant. At nix & nutrix. Item
nox & atrox sic in prima positione consentiunt ut discrepent
per obliquos. Et illud animaduertendum est quaedam ex his x
litteram in g quaedam in c per declinationes compellere. Lex
enim legis. grex gregis facit. Pix picis. Nux nucis. Nam in his
quae non sunt monosyllaba numquam non x littera genitiuo in c
conuertitur ut frutex fruticis. ferox ferocis. Supellex autem &
senex & nix priuilegio quodam contra rationem declinantur. Quoniam
supellex duabus syllabis crescit quod uetat ratio. Et senex ut in no
minatiuo ita in genitiuo dissyllabus manet. cum omnia x littera
terminata crescant. Et nix nec in c conuertitur ut pix. nec in g
ut rex. sed in u. cum consonans in uocalem transire non possit.

In plurali autem genitiuo. Ablatiuus singularis formis uertit.
Nam in a aut o terminatus in rum exit. e correpta in um
producta in rum. i terminatus in ium. u terminatus in uum.
Datiuus & ablatiuus pluralis. Item aut in is exeunt aut in bus.
quae praecepta in scolis sunt tritiora. Sed quotiens in is exe
unt longa syllaba terminantur. Quotiens in bus breui. Decur
sis nominum regulis aequum est consequenti adicere canones quoque
uerborum. Genera uerborum sunt quinque. Actiuum. passiuum.
neutrum. commune. deponens. Actiuum est. quod in o exit.
& agendi significationem habet ut lego. scribo. Passiuum in r
& patientis significationem monstrat. ut scribor. legor. Neu
trum in o. & neque agentis neque patientis plenam significatio
nem habet ut sudo. dormio. nescio enim agat quis an patiatur.
Commune & deponens in r exit. sed hoc interest. quod in
communi duo sunt significatus agentis & patientis.
cum dicimus enim osculor. nescis utrum osculor te an osculor
a te. In deponenti autem aut agentis effectus est. ut luctor.
aut patientis. ut morior. Fit etiam impersonale. ut sudatur. cur
ritur. Quod ideo sic uocatur. quod omnes personas con
tinet. nullam habet certam. Verborum autem modi sunt quinque.

Frutex ... fruticare enim est crescere
Priuilegium dicitur quasi primilegium t quasi priuata lex
tritos circum usitatos
scola uacatio
DE UERBIS
cap. impersonale

Sed alii sex · alii septem · alii octo · alii nouem · pauci decem · esse dixerunt
Qui uero quinque dicunt hos aiunt · Indicatiuum · Imperatiuum ·
optatiuum · coniunctiuum · Infinitiuum · quem & perpetuum dicunt
Qui sex memorant · addunt promissiuum · qui septem inpersonalem ·
qui octo percunctatiuum · qui nouem · subiectiuum · & a coniunctiuo
eum separant · qui decem & iam hortatiuum ascribunt · sed hos super
flue adiectos · ratio non admittit · Coniugationes autem quas greci
syzugias appellant tres · esse non dubium est · Quae in uerbis ac
tiuis neutralibus ue in secunda persona tempore praesenti mon
strantur · Nam quotiens finalis syllaba in as · exit · prima est · In
es secunda · In is · tertia · ut cantas · uides · audis · si producta sit haec
tertia · Nam si correpta sit · curris · Harum omnium coniugationum
uerba in prima positione ante ultimam litteram · tres tantum uocales
recipiunt · e · i · u · ut sedeo · lanio · irruo · Consonantes autem omnes
exceptis · f · k · & · q · ut libo · uoco · cado · lego · traho · impello · amo ·
cano · scalpo · curro · lasso · peto · nexo · his accidunt · i · & · u ·
loco consonantium positae · ut aio · adiuuo · Sed nec f · excluditur
cum dicimus triumpho · quamquam a grecis uenientia · & p · p · et h ·
potius conscribantur · praeter ea abeo quod dicimus faris · & fatur
Primam uerbi personam uolunt · fore · & de · q · littera dubitatur ·
Nam dicimus eliquo · & equo · & in huiusmodi uerbis · u · littera
nec uocalis locum · ut est irruo · nec consonantis ut est adiuuo ualet
optinere · Harum omnium coniugationum in declinando formas
triginta sex · Exceptis defectiuis & inpersonalibus & inchoatiuis ·
Primae coniugationis uerba quae uel o littera · alia non praeceden
te uocali terminantur · uel praeeunte uocali qualibet · formas
habent quattuor · Secundae coniugationis · & correptae uer
ba formas habent uiginti · Sic quae cumque uerba indicatiuo
modo tempore praesenti persona prima · i · o litteris termi
nantur · formas habent sex · quae · u · o · formas habent duas ·
quae nulla praecedente uocali · o · littera terminantur · formas
habent duodecim · Tertiae coniugationis productae uerba

Interlinear glosses: "sed" (above imperatiuum); "ut facturum" (above promissiuum); "s. memoratos" (above inpersonalem); "legam" (above percunctatiuum); "t oratiuum" (above hortatiuum); "sacrifico" (above uoco); "exprimo" (above eliquo); "nulla" (above alia).

Marginal notes:
Nota infinitiuum perpetuum dici
Quasi nomen est enim · sicut infinitus qui substantiam significat
Nota quod secunda persona presenti tempore coniugationes dinoscuntur
Nota Coniugationum omnium uerba quas uocales · quasue consonantes in prima positione ante ultimam litteram [illegible] · quibus exceptis recipiant
Nota de q · dubitari · & u · in eq · & aliquam uocalem positam litteram non haberi
Nota quod sint formae uerborum in declinando

quaeindicatiuomodotempr̄ praesentaepersonaprima .i. o. litteris
terminantur formas habent quinq; Quaecumq; autemuerba causaq;
coniugationis indicatiuomodo tempr̄ praesenti personaprimae uel
nulla praecedente . uelquilibet alia praecedente o. litteraterminatr̄
eorumdeclinatio hocquumeroformarum continetur; Dequibus sin
gulis diam . Primaeconiugationis uerba indicatiuomodotempr̄ pr̄s
personaprima aut . o. littera . nulla alia praecedente uocaliterter mi
nantur ut amo . canto . augeo . uacommeo . calceo . aut . io . ut amo .
statuo . aut u. o. ut aestuo continuo . primaeconiugationis uerba impr̄
modotempr̄ praesenti . adsecundampersonam . a. litteraproducta
terminantur ut amo amas canto . cantas . Infinitiuomodo adimpe
rativummodum . pe. rr. lla. bas manente productione terminantur .
ut amaamare . canta . cantare . Itemprimaconiugatio quaeindica
tiuomodo tempr̄ praeterito . speciae absoluta . adiecta adimpera
tivummodum . uir. rr. lla. bas manente productione terminantur . ut
commeo commea . commeaui . lauo . lauas . lauaui . statuo . statuas .
statuit . Eodemmodo . eodemtempr̄ . speciein choativa . adiecta
adimperativummodum . rr. lla. bant terminant . ut commea
commeabam . lauu . lauabam . aestuo aestuabam . Primaconiu
gatio eodemmodo eodemtempr̄ speciere cordativa . adiectas
adimperativummodum . uel ram rr. lla. bis . terminat partes . ut
commea commeaueram . lauu . lauaueram . aestuo . aestuaueram . I
Primaconiugatione . eodemmodo tempr̄ futuro adiecta ad
imperativum modum . bo . rr. lla. bis terminantur . ut commea
commeabo . lauu . lauabo . aestuo . aestuabo . Quaecumq; indicatiuo
modotempr̄ praesenti adprimampersonam . o. litteram nulla
aliapraecedente uocaliterminantur . eaindicatiuomodo tempr̄
praeterito . speciae absoluta . & exacta quattuor modis profe
runtur . & est primus quisimilemregulam his habet
quaeindicatiuomodotempr̄ praesenti primapersona penul
timam uocalem habet . ut amo . ama . amaui . amabam . amaueram .

amabo amare. Secundus est qui o in i conuertit & penultimam II
in praeterito perfecto tertiam ab ultima in plusquamperfecto pro
ducit. ut adiuuo. adiuui. adiuueram. Tertius qui similem quidem III
regulam habet primi modi sed detracta a littera disiungit. seco
secui. secabam. secabo. secare. Facit enim specie absoluta secui & exac [plusquamperf]
ta secueram. Quarta est quae per geminationem syllabae profertur. IIII
ut sto. sta. steti. steteram. stabo. stare. huic simile do. da. dedi. dabam.
dederam. dabo. [dare] correpta littera a. contra regulam. in eo quod est
dabam. dabo. dare profertur. Secundae coniugationis uerba indi
catiuo modo tempore praesenti persona prima eo litteris termi
nantur. ut uideo. uides. moneo. mones. Secundae coniugationis
uerba imperatiuo modo tempore praesenti ad secundam personam.
e littera producta terminantur. ut uideo. uide. moneo. mone. Secun
dae coniugationis uerba infinitiuo modo adiecta ad imperatiuum
modum. re syllaba manente productione terminantur. ut uide
uidere. mone. monere. Secundae coniugationis uerba indicatiuo
modo tempore praeterito specie absoluta & exacta septem modis
declinantur. & est primus qui formam regulae custodit. Nam I
forma haec est. cum secundae coniugationis uerbum indicatiuo
modo tempore praeterito quidem perfecto adiecta ad imperatiuum
modum. ui syllaba manente productione terminatur. ut de
leo. dele. deleui. plusquamperfecto autem adiectis ad imperati
uum modum. ueram syllabis terminantur. ut deleueram. Secundus II
est cum indicatiui modi primae personae. e. & o. litterae transe
unt in i. ut sedeo. sedi. & in exacta sederam. Tertius est cum e. & o. III
in u & i mutantur. ut caleo. calui. moneo. monui. calueram
monueram. Quartus est cum e & o in i mutant. & consonantem IIII
quae praecedit in s. ut mulgeo. mulsi. mulseram. Quintus est V
cum e & o in i praecedens uero consonans in x mutatur. ut
luceo & lugeo. luxi. luxeram. Sextus est qui per duplicationem VI
syllabae profertur. ut spondeo. spopondi. spoponderam. Septi VII
mus est qui resoluitur in formam passiuorum. ut audeo. ausus sum. es. est.

auſuſeram·raſ·rat·¶ Secundae coniugationis uerba indicatiuo modo·
ſpeciem incohatiua·adiecta ad imperatiuum bam ſyllaba manente pro
ductione terminantur·ut uide·uidebam·mone·monebam·¶ Secun
dae coniugationis uerba indicatiuo modo tempr̄ futuro·adiecta
ad imperatiuum modum·bo·ſyllaba manente producione ter
minantur·ut uide·uidebo·mone·monebo·¶ Tertiae coniugationis
correptae uerba indicatiuo modo tempore praeſenti perſona prima
aut·o·littera·nulla alia praecedente uocali terminantur·ut lego·
legis·peto·petis·aut·i·ut rapio·rapis·facio·facis·aut uo·ut in
duo·irruo·¶ Tertiae coniugationis correptę uerba quae indicatiuo
modo tempore praeſenti perſona prima·o·littera nulla alia prae
cedente uocali terminantur·¶ Eadem imperatiuo modo tempore
praeſenti perſona ſecunda·e·correpta praecedente: primae :conſonanti
poſitionis terminantur: ut lego·lege·peto·pete·¶ quae·u·&·o·ea
imperatiuo modo·u·&·o·reanebunt·ut induo·induo·irruo·
irrue·¶ Tertiae coniugationis correptae uerba infinitiuo modo
adiecta ad imperatiuum modum·re·ſyllaba manente terminantur :correptione
ut lego·legere·pete·petere·¶ Tertiae coniugationis
uerba quae indicatiuo modo tempore praeſenti·perſona prima
i·o·litteris terminantur·ea praeterito perfecto·&·pluſquam
perfecto ſex modis enuntiant·¶ Primus eſt quatertiae coniuga
tionis producte integram regulam ſequitur·Hic eſt quum
peratiui modi regulam in productione muertit·&·in abſoluta
ſpecie aſſumit ui·ſyllabam·et ex acta uero gram·ut capio
capi·ui·cepiueram·¶ haec cadem tamen interdum ſublata·u·
littera in abſoluta·u·littera in abſoluta ſpecie &·geminata·i·in
exacta uero correpta eadem pronuntiantur·ut capii·cupieram·¶ Se
cundus modus eſt qui primae poſitionis uerbo·o·litteram deponit
·uocali
& praecedentem ſyllabam ſe ymutata ſuperſeuerante producit·
facio·feci·fugio·fugi·in exacta uero ſpecie·i·deposita·&·in·e
mutata·ram·ſyllabam aſſumit·ut feceram·fugeram·¶ Tertius
modus eſt·cum·i·&·o·in·u·&·i·conuertuntur ut elicio·elicui·
elicueram·¶

Quartus depositis . i . o . litteris & praeeunte consonante . per . s . gemi IIII
num enuntiatur ut percutio . percussi . percusseram . Quintus qui p V
x . ut aspicio aspexi . aspexeram . Sextus qui per geminationem syllabae VI
enuntiatur . ut pario peperi . pepereram . Tertiae coniugationis correp
te uerba quae indicatiuo modo tempore praesenti . persona prima
o . littera terminantur . ea praeterito & absoluto & exacto duobus modis
enuntiantur . Est primus cum primae positionis uerba . o . in . i . com I
mutant . ut induo . indui . indueram . Secundus qui per x . pronunti II
atur . ut instruo . instruxi . instruxeram . Tertiae correptae uerba quae indicati
uo modo tempore praesenti persona prima . o littera nulla alia uocali
praecedente terminantur . ea indicatiuo modo tempore preterito
persona prima specie absoluta & exacta duodecim modis declinantur .
Est primus qui tertiae coniugationis productae integram for I
mam sequitur . ut supra ostendimus in his uerbis quae tertiae con
iugationis correptae indicatiuo modo tempore praesenti perso
na prima . i . o . litteris terminantur . ut enim est cupio cupiui cupi
ueram . sic peto . petiui . petiueram . Haec quoque u litteram interdum
subtrahunt . & i . geminant ut petii . petieram . Secundus est cum . o . II
in . i . conuertitur . qui primae positionis uerbi . o litteram in . i . mutat
& praeeuntem syllabam seu mutata uocali seu perseuerante pro
(s. producte precedente uocali)
ducit ; deposita etiam consonante si fuerit media in qua prima III
uocalis desinat . ut ago . egi . egeram . lego . legi . legeram . Eorum
autem quae in consonantem desinunt exempla sunt haec . frango .
fregi . fregeram . fundo . fudi . fuderam . Quartus est qui mediam IIII
consonantem deponit & praeeuntem uocalem corripit . ut [scindo . scidi . scideram]
findo . fidi . fideram . Quintus o littera deposita . u . & . i . as V
sumit . ut molo . molui . molueram . colo . colui . colueram .
Sextus qui deposita . o . s . & i . assumit . ut carpo carpsi . carpseram . VI
scribo . scripsi . scripseram . Septimus qui . o . deposita & prae VII
eunte consonante per s . geminum pronuntiatur . ut meto . messui .
(e tertia coniugatione correpta)
messueram . Octauus qui simili correptione . per unum . s . prae VIII
eunte uocali producta declinatur . ut trudo . trusi . truseram .

viiii Nonus qui per x annuntiatur ut expungo expunxi expunxeram ungo
x unxi unxeram. Decimus qui per geminationem primae syllabae profertur
xi ut pungo pupugi pupugeram. Curro cucurri cucurreram. Undecim
xii qui verborum compositorum ultimam syllabam geminat ut trado tradi
reddo reddidi reddideram. di tradideram. Duodecimus qui in formam passivorum resolvitur ut
fido fisus sum es est fisus eram eras erat. Haec omnia tertiae coniu
gationis correptae verba indicativo modo tempore praeterito specie
inchoativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba praece
dente consonante primae positionis vocali adiecta productione ter
minantur. hic exceptis his quae i ante o ha
buerint in prima positione. ea enim e in i convertunt. et assumpta am
Fiaui syllaba futurum ut rapio rape rapiam. facio face faciam.
Tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praesenti
primae personae ante o litteris terminantur ut adeo adis prodeo pro
dis. audio audis. ... Tertiae coniugationis pro
ductae verba imperativo modo tempore praesenti in secunda persona i
producta terminantur ut adeo adi prodeo prodi audio audi ...
... Haec infinito modo adiecta ad imperativum modum re syl
laba manente productione terminantur ut audi audire prodi
prodire. Tertiae coniugationis verba quae indicativo modo tempore
praesenti persona prima eo litteris terminantur eo modo indica
tivo tempore praeterito specie absoluta adiecta ad imperativum vi
syllaba terminantur ut adeo adivi. Exacta autem ve ... iamut
adiveram sed consuetudo saepe brevitatem appetens u litteram
subtrahit et absoluta ingeminat i ut adii adieram prodieram. In
choativa quoque specie adiecta ad imperativum modum bam sylla
ba terminantur ut adibam prodibam. quae vero indicativo modo
tempore praesenti persona prima i o litteris terminantur et a tem
pore praeterito absoluta et exacta forma quinque modis enuntiantur.
i Est primus similis superiori ut ...ivi ...iveram. et
audivi audieram ut apud virgilium. Audieras et fama fuit. Specie
tamen tantum inchoativa distant. Omnia enim tertiae coniugationis pro
hic ut lege legebam pete petebam. Exceptis his quae i ante o habuerint. ea enim adiecta i littera ad im
perativum modum et adiecta bam syllaba producta e terminantur ut rapio rape rapiebam. Tertiae con
iugationis correptae verba indicativo modo tempore futuro sublata e littera et adiecta
am syllaba terminantur ut lege legam pete petam indue induam.

ductae uerba quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima . i . o .
litteris terminantur . ea eodem modo tempore praeterito specie inchoatiua
e producta manente . nouissimae syllabae adiciunt . bam . ut audiebam
ueniebam operiebam . quanquam haec ueteres sine e littera pronuntiabant .
ut uirgilius narrabat tyrusque pater cui regia parent armenta . Secundus II
modus est cum . o . amissa praecedens syllaba producitur . ut uenio ueni .
ueneram . Tertius cum . i . & . o . in . u . & . i . mutatur ut operio . operui . operue III
ram . Quartus qui depositis . i . & . o . praecedentem consonantem . in . s . con IIII
uertit ut fartio . farsi . farseram . Quintus qui per . x . enuntiatur ut uin V
cio . uinxi . uinxeram . Tertiae coniugationis productae uerba quae indica
tiuo modo tempore praesenti eo . litteris terminantur . ex tempore futuro
eodem modo . bo . syllaba adiecta ad imperatiuum modum terminantur
ut adeo . adi . adibo . prodeo . prodi . prodibo . Quae uero . i . o . adiecta
ad imperatiuum . am syllaba terminantur . ut audio . audi . audiam
nutrio . nutri . nutriam . quam uis terrentius protulerit per bo . Inde appa
ret geminam esse pronuntiationem . Dixit enim iam scibo . Ubi si et quae indi s
catiuo modo tempore praesenti . eorum quae eo litteris terminantur .
sunt uerba quae a diuerso praesenti . praeteritum simile habent . ut
luceo . & lugeo . luxi enim facit . Item cernit & crescit . creuit facit . Sunt
alia quae in una uerbi positione duas coniugationes teneant ut pando (extendo) . mando .
faciunt enim pandas . & pandis . mandas . & mandis . Uerba casibus iun
guntur interdum singulis ita . Genitiuo ut misereor tui . datiuo ut suadeo tibi .
accusatiuo ut moneo te . Ablatiuo ut utor illo . Interdum duobus
accusatiuo et ablatiuo ut fungor hanc rem & illa re . Haec satis ad exempla
analogiae dixisse sufficiat . Quae enim his formis conspecta fuerint
non teneri pro certo anomala iudicanda quae strictim exigueque memo
rabo ut contra rationem etiam usum quaedam usurpasse detegamus .
aut etiam contra regulam defecisse . Cum in nominatiuo singulari reus
& deus similia sint . quare plurali hi rei dicuntur . & usus dicat hi dii con
tra regulam cum dei tantum dici deberet . presertim cum genitiuus nomina
tiuo suo duabus syllabis non debeat longior inueniri . quod hic euenit
si dicamus deorum . cur thoas & eas . cum similia sint thoantis & eantis

facit· aeneas non facit aeneantis sed aeneae·· Cur cum hic biceps & tri
ceps dicamus· genitiuus duabus contra regulam syllabis crescat· & bicipi
tis atque tricipitis dicamus· non bicipis atque tricipis· Unde uenit ut aliger
frugifer accipiter habeant omnes casus· iuppiter duos habeat· Cum sanctus
pius· bonus· similia sint· cur dicamus sanctior· & pior non dicamus··
·deinde sanctior sanctissimus· bonior bonissimus non dica
mus·· Cum dicat uirgilius fandi atque nefandi· cur cum a nefando dicamus
nefarius a fando farius non dicitur· Quare se iunctus amissa praeposi
tione dicitur iunctus· securus [seorsum acuta]· & sedulus [sedolans] eadem perdita non uale
ant memorari· Cum dicamus singuli uiri singulę mulieres· singula scri
nia quare non dicimus singulus uir· singula mulier· singulum scriniū·
cum uenor piscor aucupor similia sint· Cur uenator & piscator dicitur·
& aucupator non dicitur sed auceps· Cur uolo non habet imperatiuū·
cur fare primam uerbi personam non habet· quare soleo praeteritum
perfectum non habet· cum canta & laua similia sint· cur cantaui faciat·
& laua uinon faciat· Item choruscat & tona· choruscaui facit· tonaui non
facit· Quid quod ego [erit] unum casum recipit· & cum calceatus armatus
togatus penulatus paria uideantur· quare calceo & armo dicimus
togo & penulo non admittit· Nominatiuus singularis in us exiens
in omnibus positiuis· e· productam habet in aduerbiis ut doctus docte
auarus auare· parcus parce· bonus & malus· cur corripit in aduerbio
ę bene· & male· Cum habilis habiliter dicamus cur facilis faciliter non
dicamus· Item cum difficulter dicamus cur faculter dici non poterit·
cum audax audacter dicatur· Cur uerax ueracter non dicimus sed
ueraciter· Cur singillatim dicimus binatim ternatimque
non dicimus· Et alia huiusmodi quę possem innumera memorare·
Hi ad cętera properarem· Haec cum grammatice uel ut rerum exordiū
instaurata dixisset· propter superi Senatus iouisque fastidium mi
nerua talibus interuenit· Hi si fallor octo partes orationis uelut incu
nabula repetitura inmmare disponis· A dicens soloecismorum causas
barbarasque formas· dum alia loquendi uitia quae apud uates in
clytos plurimum cęlebrata quae nunc tropos nunc metaplasmos

nunc schemata figurasque ex eodem quae cuncta uitia. uelut decoris fonte ma
nantia quae attestantur. aut nescientis errorem aut affectatam doctio
ribus uenustatem. Quae si ab scolaribus inchoamentis insenatum cae
litem induceris decursae peritiae gratum deflorabis. Nam si rithmicum
quid metricumque sicut intercisatos audes assumpseris. profecto mu
sices impetu cuius praeueneris officium discerperis. formam igitur
praedictae praeceptionis absolueris. si praecipuis memoratis iam
te ab inchoamentorum uulgarium uilitatibus uindicaris. His ger
manae uerbis cum sponso delius annuebant. et grammaticen a diuer
ginis transire obsequia compulerunt. ac tunc aliam feminarum
pari sponsalium munere conferendam clarius intromisit.

MARTIANI. MINNEI. FELICIS CAPELLAE AFRI CARTAGI
NIENSIS. DE ARTE GRAMMATICA LIBER III. EXPLICIT. INCIPIT
DE ARTE DIALECTICA EIUSDEM LIBER QUARTUS

Haec quoque contortis stringens effamina nodis
Qua sine nil sequitur. nilque repugnat item.
In coetum superum ueniens primordia fandi
Aduehit ex colicum praestruit axiomas.
Ambiguis memorans uocem consistere uersus.
Nil normale putans. ni sua associet.
Scilicet ipse modos demum bis quinque professus
Pallens afflictum uerset aristoteles.
Stoica circueant ludantque sofismata sensus.
Perditane umquam cornua fronte ferant.
Crysippus cumulet proprium consumat aceruum
Carneades quae parem uim gerat elleboron.
Nullus apex tot proloquiorum parauit umquam
Haec tibi tam felix sortis honos cecidit.
Inter templa deum fas est dialectica fari.
Itque conspectu iure docentis agis.

Quae igitur introgressa est. delio conuocante. pallidior paulu
lum femina. sed acri admodum uisu. et uibrantibus continua

mobilitate luminibus. Cui crines tortuosi decentique inflexione crispa
ti et nexiles videbantur, qui tamen deducti per quosdam consequen
tes gradus ita formam totius capitis circulabant, ut nihil deesse cer
neres, nihil superfluum detineres. Cui quidem pallium Athenarumque
vestitus; sed gestamen in manibus fuerat inopinum, ac prorsus gym
nasiis omnibus inexpertum. In laeva quippe serpens gyris imma
nibus involutus; in dextra formulae quaedam florentibus disco
lora venustate ceris sollerter effigiatae latentissimam in nexu interius
tenebantur. Sed quoniam eius laeva sub pallio occulebat insidias, uper
nas cunctis dextera praebebatur. Denique ex illis formulis si quis
aliquam percepisset, mox apprehensus hamo ad latentis anguis
virosos circulos trahebatur. Qui tamen mox emergens primo
spinosorum dentium acumine venenato assiduis hominem morsib(us)
affligebat. Dehinc in ambitu multiplici circumactum ad conditiones
propositas coartabat. Si autem quamlibet formulam nullus vel
let assumere, quibusdam obviis interrogationculis occupabat,
aut latenter in eos anguem serpere stimulabat, donec nexilis com
plexio circumventos ad interrogantis arbitrium strangularet.
Ipsa autem femina contractioris videbatur corporis, habitusque
furvi. Verum dum alibi irasceris nescio quid vulgo inexplana
bile loquebatur. Nam universalem dedicativam particulari abdi
cativae obliquam, sed ambas posse verti asserebat, univocis
aequivoca conectendo, ac solam se discernere verum quid falsum
nescit, velut quadam divinantis fiducia loquebatur. Haec se
educatam dicebat Aegyptiorum rupe, at qui Parmenidis exinde gym
nasium atque Atticam demeasse. Illicque versipellis studii calum
niante proposito et iam Socratis sibi Platonisque amplitudinem
mancipasse. Hanc igitur fraudulenta semper argumentatione
versutam, ac circumventis pluribus gloriantem, cum ex Cyllenio
ericeo geminus anguis assurgens allambere feminam cre
bris linguarum micatibus attemptaret, tuncque et iam Tritonida
gorgo cognoscentis quod gaudio sibilaret. Nimirum in quo Bromiu(s)

Crinos decenter inflexi et crispati significant syllogismos. Qui decenter quodam modo circulantur, dum ex propositione fit assumtio, de assumtione conclusio. Et hoc est quod dicit quia per quosdam consequentes, id est convenientes gradus deducuntur.

Inopina res est subita et inpulsive niens.
Gimni grece dicitur nudus. Inde gymnasium locus ubi inudi luctabant[ur] ponitur et iam pro scola, quia sicut in gymnasio exercentur [illegible] luc[tatores], ita in scola discentes.

Quando additur propositioni assumptio, assumptioni confirmatio, confirmationi conclusio. Si rhetorica scientia bene dicendi est, utilis est. Rhetorica est scientia bene dicendi, ergo utilis est.

Omnes primo artes in Egipto repertas [illegible] quas filii Noe post diluvium [illegible] eisque artes indiderunt. Inde socrates non indiget in interrogatione dicit quod in rupe Egiptiorum educata sit.

Calvo est decipio. Inde calumniator, calumnia, inplexa fraus.

A vertendo dicitur versutus.

Cyrix grece, latine advocatus vel iudex vel causidicus. Inde cyriceus sella iudicis vel causidici.

i. vocalis & loquax. Ironice dicit enim Bromium quasi vocalium deorum vel ebrius sit in quibus cunque regum & populorum palatiis s. Pan in persona epulonum & stultorum qui dialecticam & artes nescientes ipsas despiciunt eas

quis facetior est deorum eamque penitus nesciebat. Haec autem ex are
nis Libiae anhelantis adducitur, quod & capillitium implexum docet.
& amicitia venenorum aut fidendum formacopulam esse marsicae gena
tionis. Ita namque agnitione viperea & blanda anguium adulatione
deligitur. Quod in est ex illius hami fraude colligitur, quo decircula
trix pellacissima & mentarum marsicarum incola comprobatur. Quo
dicto cum plures deorum quantum decuerat arriderent, Pallas ali
quanto concussior ioci divis penitus denegatum est & iam inter germa
nas quae proban desunt acriorem a nullo posse secum asserta protulerit
deriderî. Illa autem quae in argumentum verosae assertionis acrimo
niaeq; detulerat tradere eam iubet. Ac se ad insinuandae sollertiae
habitum comparare. Tunc lubrica anguis circulatos orbes ethiatus ei
grammaticae quae insinuatione peracta propter astabat accipere for
midaret. Ipsi dimae quae & iam medius eos crines edomuit. Cum figu
ris illicibus & hamatis illis formulis committitur. Ita crinali decore meta
cecropis atq; attica comprobatur. Maximeq; quod eam palliatorum po
pulus & graiae iuventutis electio sequebatur, prudentiam feminae
ingeniumq; mirata. Iuppiter autem iudicandis implendisq; virtutibus posterae
romuleis virtutibus gravem aestimans levitatem, quicquid nosset illa
latiari promere praecepit facultate. At mox dialectica quanquam parum
digne latine loqui posse crederetur, tamen pro patrore fiducia restri
ctisq; quadam oppetitus vibratione luminibus, & iam ante verba formi
dabilis sic exorsa. Nisi Varronis mei inter latiaris glorias celebrata mihi
eruditio industriaq; suppeteret, possem femina doricae nationis
apud romuleae vocis examina aut admodum rudis aut satis bar
bara reperiri. Quippe post Platonis aureum flumen atq; aristotelicam
facultatem in Marcum Terentii primam me in latinam vocem pellexit industria
acfandi possibilitatem per scolas ausonias comparavit. Hinc igitur prae
ceptis parere colluctans, nec graios deseram ordine disserendi nec
Laurentis assertionis effamina remorabor. Ac prius illud comptum
volo mihi romanos togatamq; gentem vocabulum nondum novare
potuisse ac dialecticen sicut athenis sum solita non cupari meique

Marsi populus italiae incantatores serpentum ophiophagi dictos

Circulatores s. dialectici qui quodam circuitu locutionum decipiunt homines

Vel emergentis inhibuit memorans hanc ad modum sobriam, quod quibusdam

Quod grammatice anguem & formulas non est ausa attingere innuitur quod grammatici simplices sunt nec audent attingere vel profiteri dialecticam

VI

f. & cet p tu uoloē

prorsum iuris esse quicquid artes caeterae proloquuntur. Nam neque ip
sam quam iure suam probauere grammaticam, neque alteram opinio
duscultrice
Clio austuleo
ris istę duen facultate. uel illam formarum diuersa radio ac puluere linian
tem sine meis posse rationibus explicari. Quippe in dicione mea iureque con
sistunt sex normae quis constant caeterae disciplinae. Nam prima est
Secunda de eloquendo.
de loquendo. Tertia de proloquendo. Quarta de proloquiorum summa.
Quinta de iudicando quae pertinet ad iudicationem poetarum & car
I
minum. Sexta quae dicenda rethoribus commodata est. In prima autem
parte quaeritur. Quid sit genus. Quid forma. Quid differentia. Quid
diffinitio dicitur quasi diffinitio
accidens. Quid uero proprium. Quid diffinitio. Quid totum.
Quid pars. Quis sit diuidendo modus. Quis in partiendo. Quid sit aequi
uocum. Quid uniuocum. Quid ut ita dicam pluriuocum. Debetis
quippe insolentiam perferre sermonis. qui gratiam disertare latia
liter compulistis. Quae ergo rebus uerba sua sint. Quae aliena. Et
quot modis aliena sint. Quid sit substantia. Quid qualitas. Quid quan
titas. Quid relatiuum. Quid loci. Quid temporis. Quid situs. Quid
habitus. Quid facere. Quid pati. Quae sibi opposita & quot modis
II
sibi opponantur. haec in prima nostri parte censentur. In secunda uero
quam de eloquendo dixi quaeritur. Quid sit nomen. Quid sit uerbum.
Quid ex his iunctum. Quae ex his subiectiua pars sententiae sit. Quae
declaratiua. Quis subiectiuae modus sit. Qui declaratiuae. Quatinus
nomen accipiatur. Quatinus uerbum. Quatinus sit perfecta senten
III
tia ut possit esse proloquium. Excipit hanc pars tertia de proloquendo.
In ea quaeritur quantum ad propositum hodiernae sufficiat breuita
tis. Quae sint differentiae proloquiorum in quantitate. Quae in qualita
te. Quid sit uniuersale. Quid particulare. Quid indefinitum. Quae
sint aientia. Quae negantia. Quam uim habeant singula. Quem admo
IIII
dum inter se affecta sint. hinc progreditur ad quartam partem quam esse
diximus de proloquiorum summa. In ea quaeritur. Quid sit sum
paras finis
ptum. Quid illatio. Quid syllogismus. Quid simperasma. Quid sit prae
connaturalis
.. confinis conclusio
dicatiuus syllogismus. Quid conditionalis & quid intersint.
Quot formae sint praedicatiui generis. & quae sint. utrum certum ordinem

43

ħ quot modos habeant singulae. & utrum hi modi certum ordinē teneant. & si ita ē quae sit eiusdē ordinis ratio.
teneant. & si tenent quae sit eiusdem ordinis ratio. Deinde condicionat
syllogismi quot primi modi & necessarii sint. qui & q̄ istorum ordo sit.
Q uid inter se differant. haec sunt quae praesenti arbitror cognitioni asse
rendisq; sufficere. quid ergo genus sit exordia repetens quo uniuersa dis
cutiam primitus intimabo. Genus est multarum formarum per unum
nomen complexio. ut animal. formae eius ut homo. seu equus. leo. & cetera.
S ed non numquam aliquae formae ita generi subiciuntur. ut etiam ipsae ali
is subpositis genus esse possint. ut hominum genus quod animali
forma est. barbaris & romanis genus. & usq; eo genus ēē potest. donec ei
formas diuidens ad indiuiduum aliquid uenias. ut si homines diuidas in
masculos & feminas. Item masculos in pueros. adulescentes & senes.
I tem pueros in infantes & loquentes. Item puerum si uelis diuidere. Inca
tinum. Aut alium quempiam certe personae puerum. Non est genus quod iā
ad indiuiduum peruenit. Uti autem eo genere debemus quod est prae
senti negotio proximum. ut si de homine quaeratur eius genus animal
debemus assumere quod ei proximum est. Nam si substantiam dixerim
quantum ad rationem pertinet uerum est. quantum ad necessitatem sup
fluum. DE FORMIS. F ormas easdem dicimus quas species. Formae
ergo sunt quae subditae generi tenent diffinitionem eius & nomen. ut
homo. equus. leo. quoniam formae sunt animalis. potest & homo & equus &
leo animal dici & corpus anima participans nomen que diffinitio generis
ēē cognoscitur. DE DIFFERENTIA. Differentia est sufficiens ad id quod suscepe
ris discretio. ut si quaeratur quid inter hominem intersit & equum. sufficit
ut dicamus quod homo bipes est. equus quadrupes. Animaduertere
autem debemus quod quia multae sunt in rebus singulis differentiae. Una
quaq; rem dissimiliter nos posse diuidere. quotiens in ea poterimus alias
atq; alias differentias inuenire. Nam si animal uoluerimus diuidere.
possumus in sexus. quod alia sunt masculina & feminina. possumus in
aetates quod alia sunt oriua. alia iuuentutis. alia senilia. possumus in quan
titates quod alia sunt parua. alia magna. alia media. possumus in ua
rietatem motus. quod alia sunt gradientia. alia serpentia. alia
natantia. alia uolantia. possumus in habitaculorum diuersitates.

DE GENERIBUS

hominestantū ... numero differt̄ ... substantia ... specie

partitio substantialis

aequalia

quod alia aquatilia · alia terrena · alia aeria · alia ut nonnulli dicunt

·· ut salamandra

ignea ·· Possumus in linguae sonum quod alia sunt loquentia · alia gementia · alia latrantia · alia ululantia · Sciamus tamen et singulas perfectas esse diuisiones · et omnes in singulis inueniri · Nam masculina

· formis

animalia possunt et aborti recentia · et parua et gradientia · et terrestria et bipedia et loquentia esse · Ergo quamuis ita liceat omnib.. ea tamen debes quae est apta suscepto negotio · Nam si tibi sit de hominum laude dicendum in rationabilia et stolida diuidere oportebit · ut eo facile possit intellegi inter omnia animalia rerum natura quanta homines habuerit · quibus solis ad se cognoscendam ratiocinari permisit ·

C Omnis accidentes et inseparabiliter et separabiliter accedunt

DE ACCIDENTI · Accidens est quod non nisi ei (cui accidit) eidem formae · sed non semper euenit · ut rethorica non nisi homini accidit · Sed ei potest et non accidere · ut quamuis sit aliquis homo, non sit tamen orator

DE PROPRIO · Proprium est quod et eidem formae · et ita semper accidit · ut unamquamque rem ab omnium communione discriminet · ut in homine risus · Nam nec ridere quisquam nisi (homo) potest · nec homo cum uoluerit · quantum in eius natura est ridere non potest · Et differentia proprio eo distat · quod differentia unamquamque rem ab eo tantum distinguit unde questio est · proprium uero ab omnibus · Nā cum hominē a leone per differentiam uolentes discernere dixerim quod leo ferus est · homo (autē) mitis · hic Nec hominē ab aliis mitib: animalib· nec leonem a ceteris bestiis seiunximus · Cum uero hominē animal risibile dixerimus · eo a ceterorum animantiū generalitate discreuimus ·

DE DIFFINITIONE · Diffinitio est cum inuoluta (difficilis) uniuscuiusque rei notitia aperte ac breuiter explicatur · In hac teriauitanda sunt · Ne quid falsum · Ne quid plus · Ne quid minus significetur · Falsum est hoc modo · Homo est animal immortale · aut irrationale · h aut irrationabile mente · Plus est hoc modo · homo est animal mortale · Ex hoc enim quamuis breuiter dictum sit · plus tamen est · quod ad omnia animalia pertinet · Minus significatur hoc modo · homo est animal grammaticum · Quamuis enim non [illegible] homo animal grammaticū · Non tamen omnis homo

hl Id solū uidemus discernere · quod ad susceptū negotiū pertinet · Dicendo enī leo ferus est · homo mitis ·

t Quamuis enī homo esse animal uerū sit · falsū tamē e, Immortale ·

grammaticus. Diffinitio plena est hoc modo: homo est animal
rationale, mortale. Addendo enim mortale separauimus a diis.
Addendo rationale separauimus a feris. DE TOTO. Totum est quod duab.
plurib. ue inseparabilibus positis non semper nomen. diffinitionē tam
huiq accommodat. & hoc non nisi in indiuiduis inuenitur. ut si hominē desi
gnemus. & eius partes singula membra faciamus. intelligimus id ipsum
totum eē. quia certum hominē constituimus. & diffinitionem & nom
ipsius totius. non posse in partes cadere. Non enim aut brachium solū
aut caput hominem dicere poterimus. aut ipsius diffinitionem sin
gula membra recipiunt. Sed anim aduertendum est quod aliquan
do omne pro toto dicere possumus. Sed alio quodam intellectu.
Nam totum & iam in singulis. Omne in multis agnoscatur. Nam
cum dicimus homo Cicero quia unus est in eo totus intelligitur.
homo autem quia imperitus & artifex. & uir & mulier eē potest. meliū
omnem accipimus. DE PARTE. Partes sunt quae in toto eē intelliguntr
& ex quibus totum constat. QUI IN DIUIDENDO *mod.* Diuidere eus qi eo debem
donec ad indiuiduum ueniatur. & hoc fit cum per differen
tias ad paucitatem genera redigimus. & eis ita formas subiciamus.
ut & ipsę singulae aliis subse positis & iam genera esse possint.
ut animal. si breuiter primo diuidere uoluerimus per differentias
possumus *hđ* genera facere. ut si dicamus animalia gradientia genus eē.
& ei formas subiciamus. quod alia sunt humana. alia ferina. & ex
his possunt, *eē* aliae formae per quas si necesse fuerit ad indiuiduum
poterit perueniri. sed hoc non in omni assertione facere oportet.
sed in sup tali quadam disputatione. Tunc autem in oratione hoc
modo possumus diuidere. cum id exigit obscuritas causae. Quod si
causa non sit obscura: diuisionis quidem ratio inesse. & tractari deb&. .: t diuisiones quidem ratio nosse. & tractare deb&
sed multum apparere non debet QUI IN PARTIENDO MODUS
nomina ceterorum membrorum
Partiendi differentiae non frequentr occurrunt. atq; ita sine his in
finita potest esse partitio. si usq: ad indiuiduum uoluerimus p
uenire. Nam si certum hominem pro toto dicamus. & eius partes B
nomina
breuiter colligere uoluerim. differentiae non suppetunt partium. . Indiuidua persona

hđ q: alia sr gradientia. alia serpentia. alia natantia. alia uolantia. Hinc nē hoc ē de singulis formis possum

Margin notes: huiq (left of line 5); .. t omis. t minores (right of line 8)

& certarum partium hominibus uacogimur: uti dicamus. caput. pedes
& reliqua. Quae si complecta breuiter uoluerimus qm differentia ac
desunt. non possumus singula colligere quia multa sunt. & aut impos
sibile erit. aut longum. Interest autem inter diuisionem & partitionem.
quod in diuisione per formas currimus. In partitione per partes. for-
mae autem sunt quae genera subiacentur. & eius diffinitionem tenere posse
& nomen. partes sunt quae in toto sunt. & diffinitionem nu quam. Hom
interdum totius recipere possunt. possumus tamen unam eandem que
rem & pro genere & pro toto accipere. sed aliquando ui ut est homo.
Quae sit adulescentem. senem. & puerum diuidere uoluerimus genus e.
& forma eius. Quae sint caput. pedes & manus partiri uoluerimus. Totius
& partes eius. qui a adulescens. senex & puer. quasi formas esse dixim.
& nomen hominis recipiunt & diffinitionem. ut & senex dicatur.
homo animal rationale mortale. & puer & adulescens. Caput uero & pe
des quasi partes esse diximus. Neque diffinitionem hominis. neque nomen acci
pere possit. quia nec caput potest dici. homo animal risibile. nec pedes nec
manus. Quid sit aequiuocum. Aequiuocum est quando multarum rerum
unum est nomen. sed non eadem diffinitio. ut leo. Nam quantum ad nomen
pertinet. uerus & pictus. & caelestis leo dicat. quantum ad diffinitionem.
Alter uerus diffinit. Alter pictus. Alter caelestis. Quid sit uniuocum
Uniuocum est. quando duarum aut pluriumue rerum unum nomen est.
& diffinitio utrique est. Nam & birrus & tunica. & nomen uestis habent.
& diffinitionem possunt accipere. Ergo hoc uniuocum in genere esse
intelligitur. quod & nomen & diffinitionem dat formis suis. Quid sit pluriuocum
Pluriuocum est. quando multa nominibus una res dicatur. ut gladius. Ha
sensis & mucro idem significat quae sit res. sua uerba. Rebus sua sunt uerba.
quae naturalia atque (secundum platonem) propria dicamus. ut lapis. lignum. & cetera
quae alia. Alia sunt quae ratione. Aliqua mutuantur. uel propter necessi
tatem. uel propter decorem. propter necessitatem. uti dicamus. ut es gemmare.
lactas segetes. hic enim quem proprium deficit. Alieno usi sumus. neque
enim aut ut es aliud quam gemmare. aut segetes aliud quam lactas
possumus dicere. Propter decorem autem dicimus fluctuare segetes. Possumus
enim aliud mouere dicere. sed quoniam ornatum non est. Alieno

utamur quot modis aliena verba fiant. Aliena verba tribus modis fiunt.
aut per similitudinem. aut per contrarium. aut per differentiam.
Per similitudinem ut sunt quae in grammatice tropis numerantur. ut hoc
ipsum quod dixi. fluctuare segetes. Ex hoc genere sunt etiam illa quae
ex toto partem. aut ex parte totum significant. In hunc modum. ut de-
center verborum habeant propinquitatem. haec enim similitudinis ge-
nere placuit includi. Per contrarium verba dicuntur. quando contra quod
dicimus accipiuntur. ut parcas dicimus fata cum non parcant. et lucum
cum non luceat. hoc grammatici cata antifrasin vocant. Per diffe-
rentiam aliena verba sunt. cum sine ulla ratione ex aliis adsumuntur.
ut si hominem neque corpore durum neque ingenio stolidum lapidem
dicamus. sed his etiam non conveniunt. Stultum est enim. aut [nichil] significan
tia verba. aut nimis aliena proferre. propriis autem et similibus
et contrariis uti facile est. De substantia. Antequam de hac dicam quaedam — DE SUBSTANTIA
docenda sunt. Omne quicquid dicimus. aut subiectum est. aut de sub
iecto. aut in subiecto est. aut de subiecto et in subiecto. Subiectum est
prima substantia. quod ipsum nulli accedit alii inseparabiliter.
et tamen alia accedunt. ut cicero, non nomen. sed quod eo nomine
significatur. De subiecto est. quod de ipso subiecto dicitur. et
dat [subiecto] ei et diffinitionem suam et nomen ut homo. Nam et homo ci
cero et animal rationale mortale. Ita et nomen et diffinitio quae est
de subiecto. eidem subiecto accessit. Ideoque hi quae de subiecto dicuntur in ge
neribus vel in formis inveniuntur. In subiecto est quod neque nomen — QUID IN SUBIECTO
neque diffinitionem dat subiecto. sed in ipso subiecto ita esse intellegitur.
ut sine eo esse non possit. ut rethorica. Nam nec nomen eius potest sub
iectum recipere. nec diffinitionem. Neque enim rethorica cicero. aut
bene dicendi scientia cicero. In eo autem intellegitur cum id ipse voca
ri non possit. quid de subiecto et in subiecto est. De subiecto et in
subiecto est disciplina. Nam eadem rethoricae de subiecto est. cice
roni in subiecto. Prima ergo substantia subiectum est. Secunda quae
de ipsa prima dicitur. ut si sit cicero prima substantia. homo et animal
secunda. Nam in subiecto omnes consequentes praedicationes esse intelleguntur.

Itaq: desingulis uideamus QUIDQUALITAS Qualitas est secundum
quam dicimus quantum est qualest ut candor. & ex hoc intelligi licet
& qualitatem in subiecto ee . cum candor necessario in aliquo sit. sine
quo ee non possit. utiq: ipsum aliquid in quo est. subiectum. Quid quan
titas. Quantitas est secundum quam dicimus quantum est. ut bipe
dale. & iam ista in subiecto intelligi necesse est. QUIDUBIquantum.
Relatiuum est quod ad aliquid uocant. ut pater frater. & haec utiq:
in subiecto sunt. Ham necesse est ut haec quomodo ad aliquid sint. & non
nullas sint de quibus dicantur. Illa quae dicuntur in animali de
buntur. QUIDLOCA. Id est quod dicimus romae. Roma substantia est.
ipsi rome hoc accidit. QUIDTEMP. Uter nuper. uesperi. Quarum mo
tu tempus intelligitur. substantiae sunt. ut sol annus cursus tempus
intelligimus. & quae aliquam intelligentiam mortale in nobis fa
ciunt. quid situs. Ut puta iacet. sedet. QUID habitus calciatus. Armatus.
substantia est homo & haec illi accidunt. Quid facere uel secare urere Quid
pati. ut secari uri. DE SUBSTANTIA. Substantia est quae nec in subiecto est in
separabiliter. Neq: de ullo subiecto praedicatur. Inseparabile autem
ad hoc diffinitioni adiectum est. quod omnis prima substantia quidem
in loco aliquo sit. attamen ab eo separari & migrare potest. ut cicero ita
in curia esse intelligitur. ut inde possit aliquo discedere. Et pars primae
substantiae quae ut sit in toto sit. Non tamen inseparabiliter. nam siue
ipsa. siue cogitatione separari a corpore in totum brachium potest. Auerso rhe
torica ita est in animo ciceronis. ut & iam si aliquo casu esse desierit. Non
tamen intelligatur migrare. quin nec cum ee coepit intelligitur
aduenisse DE SECUNDA SUBSTANTIA. Secunda substantia est quae de pri
ma ut dicta est praedicatur. ut homo de cicerone. & animal de ho
mine & cicerone. & quicquid genus est primae substantiae.
Secunda substantia ee intelligitur. Itaergo substantiae omnib.
commune est. non ee in subiecto. prima uero nec de subiecto est
substantia. nec in eo di. nec remota potest. Id est res aperte magis.
& minus. & siquidem homo homine. homo homine. alio magis.
homo est. & nec ipse unus homo magis erat esse homo quam hodie

fiat. & inuersis. nonmagis equus equus est quam homo homo.
hoc autem obseruandum est in substantiis inter consortes suas. id
est primam primę compares. secundam secundae. Nam si secundę
primae compares. magis substantia est prima quam secunda.
Prima enim rem magis declarat. Secunda uero habet quandam commu
nionum ambiguitatē. Nam cum dico aliquid. iam quiddam indiuiduū
ceramq: significo. Cum dico homo qm̄ cuncta sumus huic appella
tioni subdita. Incertum est quem significem. Itaergo fit ut magis
sit substantia prima quam secunda. quia rem certus ostendit.
Magis ergo & minus substantia non recipit inter consortes suas. Itē
substantiae contrarium nihil habet. Nam nihil homini. aut equo con
trarium. Sed si quis dixerit dodium ciceroni fuisse contrarium, inuel
lige non ipsas substantias fuisse contrarias. sed qualitates quae
in ipsis erant. ut malitiam bonitati. aut iustitiam iniustitiae. Videtur autem substantiae proprium. quod una eademq:
capax est contrariorum quadam sui permutatione. ut lapis cum idē
sit. potest nunc albus esse nunc niger. Idem tamen lapis eē non
desinit. & cicero primo stultus. postea sapiens. Idem tamen ci
cero eē non desinit. Item de qualitate. Qualitatem esse diximus
secundum quam dicimur quales. Qualitatum forma una est. tm̄q; dis 1
posita quaedam habitus mentis esse intelligitur. ut in omnibus perceptis
artibus. sapientia. grammatica. rhetorica. ceteris q:. quae cum habere
animo aut difficile amittat possint. Sed in his aliqua perfecta sunt.
aliqua imperfecta. ut si quis grāmaticę artis operam dederit. Im ple
ris que tamen fallatur. potest dici habitus. sed tamen hās dispo
sitio eē intelligitur. Secunda species est earum qualitatum quas 11
recte passibiles dixerimus. ut dulce atq: amarum. calidum
frigidum. non quod ex his eidem substantiae aliquid patiantur.
sed quod sensus nros aliquid pati cogant. Cogit enim aliquid pati
& tangentem calor. & dulcedo gustantem. Item q; nobis ex
aliqua passione natura inoleuerint. secundum quas pallidus
quis que uel ruber dicatur. Non tamen aut quis aliqua repentina
hāt dicit dispositio. Ira non omnis dispositio habitus. Omnis autem habitus

causa uel pallet uel rubet. Nam ipse passiones uocantur. non qualitates appellantur. Siquidem secundum has non dicimur quales. non enim sequitur ut qui pallet sit pallidus. aut qui amat amator. aut qui est

r iii ebrius ebriosus. Illę igitur passiones sunt. eę qualitates. Tertia species est earum qualitatum quae non ex eo quod iam quisque est. sed ex eo quod ēē potest intelliguntur. ut dicimus fragile lignum. non quod iā fractum sit. sed quod frangi possit. Nam & palestricum corpus duob(us) modis dicimus. & id quod palestra compositum est. & id quod natura ita formatum. ut huic arti accommodatum sit. quamuis ea non sit imbutum. Illud tamen a palestra [arte] dicitur palestricum. quod ipsius artis habet effectum. Non autem inuenitur ipsius qualitatis nomen unde sit denominatum & deriuatum palestricum. illud quod nondum est sed ēē potest. quare cognoscendum est dici quasdā substantias ex qualitatibus quarum nomina nō inueniuntur. Namque ut bonum dicim(us) a bonitate. non ita optimum ab optimitate. Ita ergo palestricum quod intelligimus ex eo quod percipere possit palestram non habet certum qualitatis nomen ex quo dictum uideatur. Constat tamen a qua

iiii litate esse dictum. Quarta species est earum qualitatum secundum quas formas figurasque intelligimus. ut quadrum. rotundum. pulchrum. deforme. & similia. Recipit qualitas magis & minus. [hec] sed ea quae ab his denominantur. ut iustitia sit ipsa una quaedam perfecta notio ut non dici possit magis haec iustitia quam illa est. dici tamē potest magis hic iustus quam ille est. Item dici non potest magis haec sanitas quā illa est. dici tamen possit magis hic sanus quam ille est. ex quo fit ut substantia non recipiat magis & minus. Qualitates quidem per ipsas substantias possint recipere. Item contrarium qualitas habet. nec tamen omnis. Nam sanitati cum sit inbecillitas contraria nihil est quadro rotundo ue contrarium. Uidendum est autem quoniam quicquid contrarium qualitati est. qualitas sit necesse est. dulcedo autem qualitas. qualitas igit(ur) amaritudo & similia.

Itē de quantitate

Quantitas bipertita est. quod alia discreta est. alia continua. discreta [I. II. III.] ut numeri & orationis. continua ut lineae & temporis. Item

hl nec tamē omis. Nichil enī quadrū magis altero quadro quadrū ē. Magis autē aliquid candido candidū dici potest. Et questio ē. In plerisq. utrū ne magis iustus altero dici possit. Plerisq. autē subtiliter uident(ur) attendisse. qui qualitates ipsas non dicunt recipere magis & minus.

alia quantitatis diuisio est quod alia situm quendam partium habent
alia non habent. Nam linea situ quodam paratum intelligitur. Si quidē
dicaporteat quae pars eius quo loco sit. dextramque ac sinistram uideatur
habere. Atque numerus. Ac oratio. At tempus. nihil horum habent.
Quamuis ordinem habere possint. ut sit in his aliquid primum & secundū
& ultimum & medium. nihil tamen quod in loco intelligatur. Quantitas
omnis caret contrario. Quid enim bipedali tripedali ue contrarium.
& si quis dixerit contraria ee magis & minus quae uidentur ee uerba
quantitatis. sed non ee diffinitam quantitatem. Itaque si dicat aliquid
maius esse. uideatur ei contrarium quod minus est. Si certum quaesierо
quo maius est. & responderit quod tripedali. Apparet nihil ee contra
rium. Ipsa autem sibi quae dicuntur maiora & minora relatiue dicama
nifestum est. Quod libet enim minori comparatum maius est. Idemque
maiori comparatum minus est. Fiunt maius & minus contraria sua.
Cogimur confiteri quod ualde absurdum est posse aliqua ei una tempore
simul euenire contraria. Rursus aliud absurdum cogimur intelligere
unam eandemque rem sibimet ee contrariam. Si quidem una res diuersis
quantitatibus comparata. potest eodem tempore maior & minor ee.
quantitas non recipit magis & minus. non enim quinque magis quinque
sunt. quam duo duo. Ac uerum duo alius duobus magis duo sunt. Ac tamen
magis eras duo erunt quam hodie sunt. Est autem proprium quantitatis
quod secundum hanc dicamur simile atque dissimile. quamuis in diuer
sis rebus utrumque liceat abusiue atque usurpari. quid sit relatiuum.
Relatiuum est quod hoc ipsum quod dicitur alicuius est. uel ad aliquid quo
libet modo referri potest. ut filius non sine patre uel matre. & seruus
non sine domino potest intelligi. Neque sine his illius omnino. Dicuntur
autem relatiua tribus modis. Aut alicuius. ut filius. Aut alicui. ut dupla.
Aut ad aliquid. ut duplum. quam duplum ad aliquid simplum est. Omnia
relatiua his ad quae referuntur uice mutua respondent. Namque ad
modum filius patris filius est. sic pater filii alicuius pater est. Ecce
spondet ita aliqua his de casibus respondeant. Aliqua casus
mutent. Nam de filio dixi. Item de seruo dicere possumus. quam seruus
pari & impari. Ut qualitatis proprium est quod secundum hanc dicimus

domini seruus est. dominus serui dominus est. haec ita sibi respondent
ut eosdem casus in conuersione custodiant. Itaque duplum ad
simplum est. ita maior minore aliquo maior est. & minor maio
re aliquo minor est. Manifestum est ergo ita casus in conuersione
seruare. At uero scientia cum sit relatiua. alicuius enim rei scibilis sci
entia est. in conuersione ad id quod refertur casum mutat. Nam quod
dicimus scientia scibilis rei est. non possumus dicere. scibilis res sci
entiae est. sed scibilis res. scientia scibilis est. Item sensus rei alicuius
sensibilis sensus est. Contra sensibilis res sensu sensibilis est. haec
ergo non ut quae supradicta sunt seruatis hisdem casibus sed muta
tis conuertuntur. Quaedam relatiua his ad quae referuntur & in tem
pore concordant. ea quae simul esse incipiunt simul desinunt. ut seruus
esse non potest. nisi cum esse coeperit dominus. & cum dominus esse desierit.
seruus esse desinit. & item dominus cum seruum non habuerit dominus
dici non potest. At uero scibilis res prior est natura quam notio. Nam
si noscibilia tollas notio non erit. At uero si notionem tollas potest aliquid
esse noscibile. quamuis desit ille qui nouit. Relatiua possunt habere
contraria sed non omnia. Namque inscientiae scientia contraria. Ini
micitiae amicitia. At uero duplo nihil contrarium. neque maiori uel
minori. Quia qui ista contraria putauerit. cogitur confiteri unam
eandemque rem uno atque eodem tempore posse sibi esse contrariam. Siquidem
maior minori comparatus maior est. Itemque maiori comparatus mi
nor est uno atque eodem tempore. quod contrariis euenire nullo modo
potest. Nam quo tempore homo stultus non eodem tempore sapiens
esse potest. Neque quo tempore albus est. eodem tempore niger esse potest. quod
quia euenire non posse in maiore & minore ostendimus. fateamur
necesse est maius & minus non esse contrarium. Ita duplum simplo
non esse contrarium. quoniam hoc idem duplum potest esse ad aliquid sim
plum. Non igitur omnia relatiua possunt habere contrarium. Item
maius & minus quaedam recipiunt quaedam non. Nam magis hic
amicus illo est. hoc magis duplum illo duplum esse non potest. propter
ea quia si duplum est ita duplum est. ut plus aliquid minus ue si fuerit

non sit duplum. Quaeritur utrum aliqua substantia dicapossit relatiue.
sed de prima substantia dicanon posse relatiue. Hulla questio est. Non
enim aceron alicuius dicapotest. aut ad aliquid referri. Item equus iam quis
equus. ut rhoebus non alicuius est thocipso quodrhoebus est. sed quod
iumentum est alicuius iumentum est. nonergo prima substantia relatiue
dicapotest. neq; parseius quaelibet. quaesinedubio & ipsa prima substantiae.
Namquẽ admodum aceron prima substantia est ita manus eius. Manus uero
non eius. sed specialiter manus. ita secunda substantia relatiue dicanon po
test. Honenim sua conuersione respondent. ut si dicamus manus aceronis
non aceron manu. Ciceronest. Neque ipsa manus ob hoc manus quia aceronis
est. sed quia ita affecta est manus dicitur. non quod alicuius sit. Non
ergo ut diximus prima substantia. neq; pars eius relatiue dicaposse.
quaeritur ergo de partibus secundae substantiae. Nam de ipsa substan
tia. Hulla questio est. nonenim homo alicuius homo. sed manus specia
liter alicuius hominis manus est. & ut mutua conuersione respon de
at. alicuius manu ata manus est. ut possimus ita conuertere. quod
manuatum aliquid manu manuatum est. Item ungula non primae
substantiae ungula. sed alicuius ungulata (ungulae) quia & ungulatum aliquid
ungula ungulatum. & mutuam possit habere conuersionem quod
relatiuus eẽ diximus proprium. Si ergo manent illa relatiuorum
diffinitio. ut relatiuum sit quicquid alicuius dicapotest. difficile
resistamus. dicapartes secundarum substantiarum relatiue. Si uero illa
diffinitio est mutata. ita ut relatiua sint ea quae ad aliquid referuntur
Excepto eo quod in aliquo sunt (id est in substantia). Hulla inadit in hanc diffinitionẽ substan
tia. quẽadmodum seruitus. Excepto eo quod in eodem seruo est. id est
in aliquo homine refertur ad dominum. At uero pennata penna
alicuius penna est. ut excepto eo quod in aliquo pennato est. ad nihil
referri possit. sane admonendi sumus ne os pudeat uerba noua
facere ad necessitatem conuersionis. Nam si mutua conuersione non
respondet. non relatiue enuntiamus. hoc modo. cum dico pennã
uolens eam ostendere relatiuum. non me pudet pennatum aliquid
propter conuersionem dicere. Est enim pennatum ita ut sit atum. ut

QUIDFACERE QUIDPATI

QVIDSTATUS

DEOPPOSITIS.

aures non offendat. Si de pedeagatur non pudeat simili diriuatione fingere nouam conuersionem uerbum. Item sare oportet cum quid relatiuum aliquid ad quid referatur ignorat. Nec omnino utrū ad aliquid referri possit. id quod dicat sare posse hoc modo. cum dicas hoc duplum est. nos tu simplum eaus. id est ad quod duplum sit. aut si illud ignoras. nec omnino utrum duplum sit sare potes. [illegible] facere & pati possunt habere contrarium ut calefacere. refrigerare. & calefieri. refrigerari. habent & iam magis & minus ut magis & minus urere. & magis & minus uri. Status omnis denominatiue dicatur ut sedere a sessione. stare ab statione. & quamuis non nunquam nomina deficiant. ex quibus status denominatur. ratio tamen non deficit. de illis tribus quae restant supradicta exempla sufficiant. Quando enim diam tempora uehementer as. Vbi utrum Romae an athenis. Habitum ut calceatum an armatum. quid horum recipiat magis & minus cum in sermone inaderit facile apparet. Sunt sane decem praedicationes ex quibus aliquid necessario singillatim enuntiamus. Nam quis quid omnino dixerimus quod aliquid significet. Nondum tamen intelligi possit an uerum an falsum sit. Unum de his decem excepto dumtaxat illis uerborum quod ammodo articulus. Sunt enim pleraque grammatica sine orationis partib. enuntiata. quae omnino per se nihil ualent. aut aliquid significant plenum. Nisi cum fuerint uerbis adiuncta. ut coniunctiones. praepositiones. & quicquid tale illi docent. Restat ut de oppositas dicamus. Sunt autem oppositae quae sibi uelut ex aduerso uidentur obsistere ut contrariae. ht sunt, sed omnia contraria oppo sita sunt. Opponuntur autem sibi aut ut relata quae opponantur. ut magnum paruo & dimidium duplo. aut ut contraria. ut stultitiae sapientia. aut ut habitus orbationi. ut cernenti caecitas. aut aientia negationi. ut acero disputet. aceron on disputet. haec autem inter se non nihil differunt. Nam relatiuum relatiuo ita opponitur. ut hoc ipsum quo dopponitur eius sit cui opponitur. aut ad id quo cumque modo referatur.

Nam dimidium opponitur duplo. & eius de dupli dimidium est. Itaque illi opponitur ut eius sit cui opponitur.

ht Nec tamen omnia quae opponuntur sibi contraria

& paruum opponitur magno ut eius sit. ita ut ipsum paruum ad hoc
magnum cui opponitur paruum sit. Contraria uero ita sibi opponuntur. sii.
ut non eorum sint quibus opponuntur. & ad ea quo cumq; modo refe .tiut
rantur. Siquidem stultitia sapientiae ita contraria est. ut non eius dem
sapientiae stultitia sit. ut ad illam sit stultitia. sciendum tamen est quae
dam contraria medium habere. quaedam non habere. Namque sunt
alia quae ita ut in ea re in qua esse possunt alterutra uice necessario
insint. & medio carent. ut sanitas & imbecillitas. haec duo contraria
natura insunt corporibus animalium. atq; ita uice alterutra neces
sario insunt ut diximus. ut in quo animalis corpore sanitas non est.
necessario imbecillitas sit & in quo imbecillitas non est. Necessario
ut sanitas sit. At uero candidum & nigrum cum sint contraria & natu
raliter in corporibus inueniantur. propterea medio non carent
quia non necesse est corpus aliquod candidum esse aut nigrum. pot.
enim ita de esse candidum ut non sit nigrum. atq; ex hoc modo ex alia
parte. Ergo color aliquis medius inueniri potest. ut luteus uel luridus.
Habitus & orbatio ita sibi opponuntur. ut in ea re cui euenire poss.
alterum eorum necessario insit. ex illo dumtaxat tempore quo ea natura
esse permittit. ut de parte eum dicimus qui dentes habet. edentulum
uero non illum dicimus qui dentes non habet. sed cui natura inest ut ha
beat. Ex illo tempore quo iam natura permittit ut habeat. Nam neq;
lapidem recte dicimus edentulum qui numquam dentes habet. neq; in
fantem quamuis aliquando habere possit. Non dum tamen illo tempore
ut habeat natura permittit. hoc ergo tertium genus oppositorum
differt a primo relatiuorum. eo quod cernentia ita opponitur cae
citati ut eius dem caecitatis non sit. aut ad eam quodam modo referatur.
a secundo genere id est contrariorum illud differt ab his dumtaxat
contrariis quae non habent medium. quod cernentia & caecitas intel
liguntur erga oculos ut alterum eorum necessario insit. hoc ergo
differt ab his contrariis quae habent medium. quia illorum alte
rum non necessario inest substantiae. horum autem necessario.
Ab his uero contrariis quae medio carent. haec ipsa opposita differunt.

Quodillarei cuinatura Insunt omnitempore Alterutra uice accedant neces
seest · utcorpori animalis sanitas & imbecillitas · Alterū eorum semp est
incorpore animalis · haec autē possunt aliquotempore ee rei cui natura
In eē possunt utraq; deesse aliquando ut Infans · dum non tempus est quo
dentes habere possit · neq; dentatus neque edentulus dicatur · & oculi
Aliquis: non dum aduenientē tempore quo uidere possent · neq; cęcus ·
neque uidentes dicantur · & tunc aliquid medium non habent · Ergo con
trariorum quae medio carent duae sp̄ecies sunt id est eorū quae Alteru
tra uice accedunt rei in quae esse possunt id est nullo medio Intercedente
ut sanitas & imbecillitas · & eorum quae simul deē possunt · Substan
tiae In qua non simul ēe possunt · & tunc simul cum desunt · Nihil me
dium Intercedit · ut cecitas & ęgritas · uel habitus & orbitas · Quartū
genus oppositorum est dicta & negata · ut Cicero disputat : haec
superioribus differunt quod illa singillatim dici possunt · haec non
nisi conexe dicantur · Relatiuis hoc differunt quod illa relatiue dicunt ·
Haec autem non relatiue · Hoc enim disputans · Ad non disputantem
refertur · Ad contrarius hoc differunt · quod illa si conexe dicantur
Tam diu Mutuera Aut falsa sunt quam diu est illud in quo; esse possit ·
cum autem hoc ēe destiterit · utraque falsa : qui ille qui non est ·
neque stultus · neque sapiens ēe potest · Mutuero Cicero disputat
& Cicero non disputat · Ita sibi opponunt · ut & dum uiuit Cicero
Alterum eorum necessarium est · & ipso mortuo falsum est · falsum est
quidem quod disputat · Verum tamen est quod non disputat · Hoc
modo discernuntur haec & abhabitu atq; orbatione · Nam quin ē
neque caecus neq; uidens · Nec sane mouear quod uidemur iam
de prologuis aliquid dixisse · De quibus postea dicendum est · hoc nā
factum est occasione oppositorum · Nomen est quod quālibet rem
significat & per casus flectitur · DE VERBO · Verbum est quod
aliquid significat & per tempora flectitur · ut Cicero nomen ; dispu
tat uerbum ; haec sibi inuicē separata nonnihil quidē significare ·
Verum tamen uel falsum dici non possunt · Cum autem fuerint con
iuncta iam possunt & affirmari & negari · ut Cicero disputat ·

Cicero ñ disputat.

DE NOMINE
DE PERIERMENIIS

ht Neq; uera neq; falsa sunt · ut stultus : ille & sapiens : ille · quā diu sunt · horū alterū uerū : Cū ipse ēe
destiterit

Jam dici potest cicero non disputat · esse autem debet nominativus cas
nominis & terta uerbi persona · prima persona significat aliquid qđ
tam negari & affirmari possit & in homine tantum cadit · In ea aliter
intelligitur nomen & tam si non dicatur · ut dis puto plenum est · & iam
si non dicas ego · Item secunda persona & ipsa tam uera tam falsa
obnoxia est · Sed etiam ipsa in homine cadit · & ne necte cte dicamus
dis putas · quin ne audire · nec intelligere quod dicatur pot̄ · Ergo
& hoc cum dicatur · sine nomine · tamen in binomen intelligat̄ · Aliq̄
figurate utamur · siue prima · seu secunda persona · ut aut loquentē
eum inducas · qui loqui non potest · aut ad eum conuertamus orationē ·
quin eque audire · nec que intelligere potest · Terta uero persona non ho
minis tantum est · sed aliarum & iam rerum · & simul agi ta fuerit non con
tinuo intelligat̄ · Nisi forte de eo dicatur · aliquid quod de eo solo potest
intelligi · ut cum dicamus pluit · Impot̄ esse uerum · cum̄ addamus
nomen quando quidem est qui pluat · Cum uero dicamus dis putat cum aliquid
tam significet · non tamen uerum · aut falsum dici potest · si om̄ non
addatur · & quando uis de homine hoc tantum possit intelligi quan̄
de uno dici pot̄ · Necessario subdendum est pom̄ · & resistit cum dicam̄
terta persona est · exigit hic homen non hominis tantum · sed cui uis libet qđ
resistere potest · prima igitur & secunda persona & de homine tas tū
possunt intelligi · & sol̄ dicte possunt aut uere ꝙ aut falsę dicia · quia
cum his & iam nomina intelliguntur · Terta uero & non omnis sola dicia
potest · & non de solo homine intelligit̄ · Quo ergo fuerit ex nominata
uo casu nominis · & terta uerbi persona coniunctum proloquium
dicatur · Ita utiam necessario aut uerum sit · aut falsum · aut du
bium · Nam q̄ homo animal est · omne iudicamus uerum ee · & Om ne
animal homo est · omne iudicamus falsum · Dubium · Ille dis putat · quan
uis necessario aut dis putet · aut non dis putet · nobis dubium est
alterum pihil horum necessarium ee intelligimus · sed quid ho
rum sit ne scamus · ubi uero illa uerba sunt quae imperson alia dicant̄ ·
non ex nominato uo casu impletur sententia · sed alios casus recipit ·
ut dis putatur cum dicitur · plena sententia est si ablatiuum

adiungas · hoc est acceronem & penitet cum dicatur: plena sententia est
si accusatiuum iungas id est acceronem · & multa sunt alia · Illud tamen
constat personalia uerba non implere sententiam · Hi cum nomina tam o
casu & tempora uerbi persona · Sunt & iam sententiae quae quamuis constent
ex nomine & uerbo · affirmari tamen aut negari non possunt · quae
non proloquia sed doquia dicanonnulli placuit · ut est modus imperati
uus: cum dicimus curre, plena sententia est · Nam nec solum intelligi ·
Sed & iam fieri potest quod dicas: negari tamen non potest · Honenim
hoc pegat qui dixerit noli currere · hoc enim monet aduersum eam qd
dictum est curre: uel hoc sit uerum illud falsum: ut possit nasci questio · Nã
de uerita & negatiua hec questio sine dubio nascitur · ut ille curre & ille non
curre · questio est utrum curras · Curre autem & noli currere non facit
questionem utrum curras · Curre autem & noli currere non facit questi
onem utrum curras · Nulla quidem questio hic potest intelligi utrũ
currere debeat · hoc enim ex uicinitas & negatione natum est: ut currere
debeat & currere non debeat · hoc facit optatiuus modus ·
utinam
Cum enim plena sit sententia cum dicamus: scribam · & utinam non scribã
non potest hinc nasci questio utrum scribat · sed pleraq; talia sunt · haec
ad exemplum sufficiant · Quod ergo fuerit iunctum ex nomine &
uerbo si plenum nomen & plenum uerbum sit · Necessario fiat sen
tentiam, sed non necessario fiat proloquium · Sic enim est · quod iam
est affirmari & negari potest · & supra diximus multa dici plena
sententia · quae tamen affirmari non possint & negari non possint ·
plenum igitur proloquium est · omnis homo animal est · & quam uis
natura illud exigat ut primo nomen & poste uerbum dicat ut dictũ ·
non desinit uerum ee proloquium · & iam si dicas animal est omnis
homo · quicquid accesserit huic sententiae · cui parti accedat diligen
uidendum est · Nam sunt proloqui partes duae · quae in nomine una
subiecta ad dicatur: quae in uerbo altera declarata ua · Subiicatur enim
quid sit · & declaratur quid de illo possit intelligi · Cum ergo dicam
acero disputat · si accedat huic sententiae Intus culano, declaratiue
accessit · si accedat romanus · subiectiue · Item si accedat prudenter

&copiose declaratiue · Sed dicatur cum catone declaratiue accessit ·
Quicquid igitur nominatiuo casu accedit subiectiue accedit · Quicqd
declaratiue accedit uarijs casibus & modis accedit · Nam subiectiue
non possunt aliu casu accedere declaratiue nonnisi uarii exceptono
minatiuo · Illud tamen sciendum posse fieri ut uerbum sit in subiectiue
nomen in declaratiua · Sed ut uerbum in subiectiua ut aliquo d pronom
secum uice nominis teneat · Tactum monet est in declaratiua ut te
neat secum aliquod uerbum ex quo eius uicem impleat · uelut si
dicamus · quid disputat acer est · quid disputat subiectiua est · acer est ·
declaratiua · Sed illam subiectiuam pronomen facit · Hanc declara
tiuam uerbum · Inhac igitur parte illud dicamus quē admodum
nom & uerb iuncta sunt · Nec tamen possint plenam facere sententiam · & si fa
cunt quē admodum falsitati & ueritati non sint obnoxiae senten
tiae · quā uis sint plene · & quē admodum ad id perueniatur
ut iam non solum plena sententia sit · sed & iā necessario uera aut
falsa · Quae est proloquium · Tertia pars sequit̄ in qua dicendum iā
est de ipsis proloquijs · ad quorum intellectum in superiore parte per
uenimus · Proloquia igitur differentias habent binas · in quantitate · DE PROLOQUIIS
& qualitate · Quantitatis differentia est quod alia sunt uniuersalia
alia particularia · alia indefinita · Uniuersale est · ut omnis homo an
imal est · particulare utqui dam homo ambulat · Indefinitum ut
homo ambulat · Quo digitur indefinite dicamus necessario particula
riter accipimus · non necessario generaliter uniuersaliterq: qm̄ id
potissimum enumerandum quod secum habet intellectum · Inde
finitum pro particulari accipitur · Fiunt ergo duae differentiae
in quantitate · quod aliud est uniuersale proloquium · aliud parti
culare · Inqualitate item duae · quarū alia dedicatiua · altera abdi
catiua · dedicatiuum est · ut omnis uoluptas bonum · Abdicatiuū
ut omnis uoluptas non bonum · Quem admodum conuertamus
Uniuersale igitur dedicatiuum non necessario sequit̄ conuersio ·
Non enim si omnis homo animal est · omne animal homo est · Uni
uersale autem abdicatiuum necessario sequitur conuersio · Sicut

omnis uoluptas bonum non est. Omne bonum non est uoluptas. Et si omnis homo
non est animal mutum. Omne animal mutum non est homo. Particulare autem
dedicatiuum habet necessario conuersionem. Nam si quidam homo animal
est. quoddam animal homo est. Particulare uero abdicatiuum non habet
necessariam conuersionem. Non enim si quoddam animal non est rationale.
quoddam rationale non est animal. Uniuersalis ergo dedicatiua et par-
ticularis abdicatiua non necessario recurrunt. Uniuersalis autem
abdicatiua et particularis dedicatiua necessario conuertuntur. Ita tamen
ut facta conuersione in declaratiua particula negatio maneat. Nam utique
conuersio ita fit ut quae particula fuit declaratiua eadem subiectiua sit.

Ergo cum dico omnis uoluptas bonum non est. omnis uoluptas subiectiua.
bonum non est declaratiua. Si conuertam. Omne bonum uoluptas non est.
facta est quidem subiectiua quae fuit declaratiua. Negatio tamen hanc
particulam tenet. quae facta est declaratiua. Et si uelim sic dicere nulla
uoluptas bonum est. conuertendum est sic. Nullum bonum uoluptas est.
sed propter duo proloquia quae diximus non necessario conuerti debemus
intendere omnia quae proloquiis attribuuntur. per quae recte aut
non recte proponi possunt. ut uerum aut falsum possint ostendere.

Haec autem quinque sunt iam superius demonstrata. genus. differentia.
accidens. definitio. et proprium. Ergo differentia et proprium fa-
ciunt illa proloquia recurrere. Alia tria nullo modo. Namque ut omnis ho-
mo animal est rationale mortale. Ita omne animal rationale mortale
homo est. Et quemadmodum omnis homo risibilis est. Ita omne ri-
sibile homo est. Rursum in particulari abdicatiua uidendum
quid sit proprium non esse. Ut enim proprium est hominis esse risi-
bile. ita proprium est risibile non esse praeter hominem. Ergo si par-
ticulare abdicatiuum proponamus sic. quoddam risibile non est
praeter hominem. recurrit sine dubio quoddam praeter hominem non
esse risibile. Item quoddam inanimum irrationale immortale non est
homo. qui[a] [id est per differentiam] quoddam homo non est. inanimum irrationabile immor-
tale. Item sunt aliae conuersiones quae faciunt easdem proloquio-
rum particulas indefinitas et cum negatione scilicet de loco migrante.

[Margin note:] Id est quid sit si non fuerit conuersio. [illegible] per negationem

[Note at foot:] Animal est equiuocum. Dicitur enim animal homo. animal bos. animal equus. sed non eadem diffinitio. Homo uero uniuocum. Dicitur enim homo romanus. homo barbarus. homo graecus. et eadem diffinitio est. hic soluitur illa questio ubi dicit uniuocis equiuoca concedendo.

Nam para culae indefinitae sunt hoc modo homo non homo. Animal non animal. & ideo indefinita est quia nega sic tantum hoc esse non dicas quid sit. Cum ergo dico omnis homo animal: siue limpide conuertere. adhibeo negationes ut fiant para culae indefinitae. Si enim est uera omnis homo est animal. & uerum est omne non animal non homo. h acc uersione usus est in rhetoricis acero. deinde si constitutio & ipsa pars constitutionis eius quaelibet intentionis depulsio est. hd Et ne constitutio est pars constitutionis tempara cularis abdicatiua: potest hoc modo conuerti. Si enim quoddam animal homo non est. quoddam non homo animal est. & in hac conuersione obseruandum est. quod ubi non est negatio eam dir recta proponimus. ita dum conuertamus. hanc uicissim conuersionem recipiunt duo prologi quae illam primam non recipiebant. Solum unum scilicet abdicatiuum non illam recipit. Occurrit ergo dicendi causa illa prima conuersio hic secunda. Haec autem prologi quem admodum inter se affecta sint hoc modo manifestus apparebit. Quattuor lineis quadrata formula exprimatur. In primo angulo superiori sint ae scribatur uniuersalis dedicatiua. & in alio eiusdem anguli uniuersalis abdicatiua. tertia infra ad primum angulum para cularis dedicatiua. ad angulum Reliquum para cularis abdicatiua. deinde ducantur angulares lineae. ab uniuersali dedicatiua. ad para cularem abdicatiua. & ab uniuersali abdicatiua. ad para cularem dedicatiuam. Quae igitur superiores simul confirmari non possunt. Simul negari possunt. Nam non potest simul uerum esse omnis uoluptas bonum est. omnis uoluptas non est bonum? possunt autem simul esse. non omnis uoluptas bonum est. & non omnis uoluptas non est bonum. Quae uero inferiores uicissim simul negari non possunt. simul confirmari possunt. Nam utraque non potest simul negari quaedam uoluptas bonum & quaedam uoluptas non bonum est. at uero potest simul affirmari & quaedam uoluptas bonum est. & quaedam uoluptas bonum non est. Angulares autem neque simul affirmari neque simul negari possunt. Nam si uerum est omnis uoluptas bonum est. falsum. quaedam uoluptas non est bonum. Item si falsum est omnis uoluptas non bonum.

hl quae intentionis depulsio nest.

..t alia



Nam si uerum est quedam uoluptas non est bonum falsum est omnis uoluptas bonum est. Item si uerum est quedam uoluptas bonum est falsum est omnis uoluptas non est bonum

uerum est quaedam uoluptas est bonum. hoc item contingit si prius particularem uicissim nomines. Item si uerum est omnis uoluptas non est bonum. falsum est quaedam uoluptas bonum est. & si falsum est omnis uoluptas est bonum. Verum est quaedam uoluptas bonum non est. Item uniuersalis dedicatiua confirmata particularem suam necessario confirmat. Negata Non necessario eam negat. Nam si uerum est omnis uoluptas bonum est. Necessario uerum est quaedam uoluptas bonum est. At uero si superior omnegem hoc modo non omnis uoluptas bonum est. potest fieri ut quaedam uoluptas bonum sit. Particularis item dedicatiua confirmata. Non necessario uniuersalem suam confirmat, negata necessario illam negat. Nam si uerum est quaedam uoluptas bonum est. non sequitur. ut omnis etiam uoluptas bonum sit. Si uero quaedam uoluptas bonum non est. falsum est omnis uoluptas bonum est. In duabus reliquis hoc obseruabis. Quid sumptum. quid illatio.

Quarta pars de sumptis, proloquiorum incipit

Plenam sententiam cum proposuerimus aliquid ex ea uolentes efficere cum concessa fuerit. sumptum dicitur. huic etiam uni sententiae. Alia certa ratione debet innecti & utique propter id quod inferre uolumus concedenda. & haec cum concessa fuerit. sumptum dicitur. Ex duobus sumptis ratione sibimet nexis. conficitur illatio. quae illatio sumptum proprie dici non potest. quia non expectas. ut hoc etiam tibi aduersarius concedat. Sed eo inuito sequitur si modo ratione seruata fuerit illatum. & ut hoc planum fiat exemplo. putemus questionem esse. utrum uoluptas utilis sit si proponamus ita. Omnis uoluptas bonum est. plena quidem sententia est. sumptum efficitur si hoc aduersarius concedat. Quo concesso adiungenda est alia sententia. Omne autem bonum utile est. si hoc etiam concesserit efficitur sumptum. ex quibus duobus sumptis. etiam inuito eo sequitur. Omnis igitur uoluptas utilis est. hoc totum quod constat ex duobus sumptis & illatione. ratiocinatio a nobis. a grecis syllogismus appellatur. Est ergo ratiocinatio ex duobus pluribusue concessis. ad id quod non conceditur. necessaria peruentio. Possunt ergo plura esse sumpta. sed minus a duobus esse non possunt. & enim est integra ratiocinatio. si ad illud quod uolumus ostendere. utilem esse uoluptatem. Tribus etiam sumptis peruenire uelimus. ut omnis uo

.. t concedatur

luptas secundum naturam est · omne quod secundum naturam est bonū ÷ ·
omne bonum utile est · Omnis igitur uoluptas utilis est · ex hoc apparet
plura & iam licere addere si oportuerit · nonnumquā & iam concludimus ·
Inferentes non quidem id quod conficitur · sed quod ex eo ipso quod infer-
re debemus necessario conficitur hoc modo · Omnis uir tus bonum est ·
Omne bonum utile est · Omnis igitur uir tus non nocet & Inferendum erit ·
Omnis igitur uir tus utilis est · ex eo necessario sequitur non nocere · Quod
enim utile est num quam nocet · hoc a grecis sympersma dicatur · a nobis
diapo rest · confinis conclusio · Ratio an ratio igitur siue propriam & suā
siue confinem habens conclusionem · diuiditur In duo genera praedicatiuū ·
& condicionalem · quid sit praedicatiuus syllogismus
Praedicatiuus est · in quo sumpta ea sibi innexa sunt · ut aliquo extrinsec
addito suppleantur · ut hoc quod supradictum est Omnis uoluptas
bonum est · omne bonum utile est · uidemus utique nec totum quod
supra positum est nec dictum · sed unam in partem sumptam declaratiuā ·
quae secundo prolo quio facta est subiectiua · quod prolo quium secundū
ut implere cē sententiam aliquid peccant extrinsecus · id ÷ utile est · huius illatio
conficitur · ex eo quod accessit & ex eo quod non est repetitum · id ÷ omnis
igitur uoluptas utile est · Huius generis tres formę sunt · Prima est in
qua declaratiua particula superioris sumpta sequentis efficitur subie
ctiua · ut subiectiua superioris declaratiua sequentis · Declaratiua superi
oris fit subiectiua sequentis ut in superiori proposito exemplo · Subiectiua
superioris fit declaratiua sequentis · si hoc modo uelis conuertere · Omne bo
num utile est · Omnis uoluptas bonum est · Omnis igitur uoluptas uti
lis est · Secunda forma est in qua declaratiua superioris sumpta eadem est
& iam declaratiua sequentis · ut omnis uir tus bonum est · & omnis uo
luptas non est bonum · Omnis igitur uoluptas non est uir tus · Tertia
forma est · in qua subiectiua superioris sumpta eadem est & iam subie
ctiua sequentis · ut quod dam bonum uoluptas est · Omne bonum utile est ·
quod dam igitur utile est uoluptas · In prima forma & uniuersaliter
& particulariter · & dedicatiue & abdicatiue concludi potest · In
secunda forma nisi per contrarium p negationem concludi non potest · In tertia forma

paraculariter tantum conducitur · Quapropē nonfrustra hic est ordo
seruatus · Primo ergo primadicatur Inqua omnimodo conclusio potest ·
Secunda autem recte Inqua potest conclusio uniuersaliter · quan uis per con
trarium · Tertia autem recte qui in quantitate minor est · Inqua non: par
ticulariter conclusio non potest · Nunc dicendum est singule formę quot
modo recipiunt · Intra certum numerum · Extra quos modos · quicquid con
clusum fuerit · Honeste tenere concedendum · Recipit autem primo
uem modos · Secunda quattuor · Tertia sex · Prime formę · primus modus ·
In quo conficitur ex duobus uniuersalibus dedicatus · uniuersale dedica
tuum directam · ute est · omne iustum honestum · omne honestum bonum ·
Omne igitur iustum bonum · si reflexim inferas · Omne igitur bonum iustum ·
non sequitur · Sed paraculariter potest inferri · Quoddam igitur bonum
iustum · & efficitur quintus modus · Secundus modus est · In quo conficitur
ex uniuersali dedicatuo · & uniuersali abdicatuo · Uniuersale abdicati
uum directam ute est · omne iustum honestum · nullum honestum turpe ·
nullum igitur iustum turpe · si reflectas · nullum igitur turpe iustum ·
efficitur Sextus modus · Diximus enim supra uniuersale abdicatuum
posse conuerta · Tertius modus est · In quo conficitur ex paraculari dedicatuo ·
& uniuersali dedicatuo paraculare dedicatuum directam ute est · Quoddā
iustum honestum · omne honestum utile · Quoddam igitur iustum utile ·
si reflectas efficitur septimus modus · Quoddam igitur utile iustum ·
quod supradictum est · paraculare dedicatuum posse conuerta · Quarte
modus est · In quo conficitur ex paraculari dedicatuo & uniuersali ab
dicatuo · paraculare abdicatuum directam · ute est · Quoddā iustum
honestum · nullum honestum turpe · Quoddam igitur iustum non est turpe ·
Reflexa non potest · Diximus enim supra · paraculare abdicatuum · non
posse conuerta · Octauus modus est · In quo conficitur ex uniuersali ab
dicatuo · & uniuersali dedicatuo · paraculare abdicatuum reflexam ·
ute est · nullum honestum turpe · omne honestum iustum · Quoddā
igitur iustum non est turpe · Nonus modus est · In quo conficitur
ex uniuersali abdicatuo · & paraculari dedicatuo · paraculare
abdicatuum reflexim · ute est · nullum turpe honestum · Quoddā

honestum iustum. Quoddam igitur iustum non est turpe. Secundae formae. I
primus modus est. In quo conficitur ex universali dedicativo et universali
abdicativo. Universale abdicativum directim. Ut est. Omne iustum honestum.
Nullum turpe honestum. Nullum igitur iustum turpe. Hic reflexio
ne sui tantum alius modus non efficitur. quoniam de utrisque subiectivis fit illa
tio. Secundus modus est. In quo conficitur ex universali abdicativo et II
universali dedicativo. Universale abdicativum directim. Ut est. Nul
lum turpe honestum. Omne iustum honestum. Nullum igitur turpe
iustum. Tertius modus est. In quo conficitur ex particulari dedicativo et u III
niversali abdicativo. particulare abdicativum directim. Ut est. Quoddam
iustum honestum. Nullum turpe honestum. Quoddam igitur iustum non
est turpe. Quartus modus est. In quo conficitur ex particulari abdica IIII
tivo et universali dedicativo. particulare abdicativum directim. Ut est.
Quoddam iustum non est turpe. Omne malum turpe. Quoddam igitur
iustum non est malum. Tertiae formae. Primus modus est. In quo con I
ficitur ex duobus universalibus dedicativis. Particulare dedicativum
directim ut est. Omne iustum honestum. Omne iustum bonum est.
Quoddam igitur honestum bonum. Secundus modus est. In quo conficitur II
ex particulari dedicativo et universali dedicativo. particulare dedica
tivum directim. ut quoddam iustum honestum. Omne iustum bonum.
Quoddam igitur honestum bonum. Tertius modus est. in quo conficitur ex universali III
dedicativo et particulari dedicativo. particulare dedicativum. item
directim, ut est. Omne honestum iustum. quoddam honestum bonum.
Quoddam igitur iustum bonum. Quartus modus est. In quo conficitur IIII
ex universali dedicativo. et universali abdicativo. Particulare abdi
cativum directim, ut est. Omne iustum honestum. Nullum iustum
malum. Quoddam igitur honestum non est malum. Quintus modus est in quo con V
ficitur ex particulari dedicativo et universali abdicativo. particulare abdicativum directim. ut est. quoddam
iustum honestum. nullum iustum malum. quoddam igitur honestum non est malum; Sextus modus est in quo conficitur ex uni VI
versali dedicativo et particulari abdicativo. particulare abdicativum directim. ut est. Omne iustum
honestum. quoddam iustum non est malum. quoddam igitur honestum non est malum. Omnes igitur modi certum
ordinem tenent. eiusdemque ordinis ratio est. quae in ipsis formis demonstrata est.

DE CONDICIONALI SYLLOGISMO.

Condicionalis syllogismus est, cuius propositio et plenum argumentum et ple
num id de quo questio est continet ita, ut assumpto argumento iam certum inferri
possit de quo questio erat. Ad hunc modum ponamus questionem esse, utrum sit
utilis rethorica. Et volentes utilem probare argumentum ab huius definitione capiam.
quod est bene dicendi scientia. Ex huius argumento et illa questione condicionalis
syllogismus ponitur sic. Si rethorica est bene dicendi scientia, utilis est. Assumimus
argumentum. Ita est autem rethorica bene dicendi scientia. Haec duo qui concesserit,
etiam invitus concedat necesse esse utilem esse rethoricam. quod erat dubium antequam
propositio et assumptio concederetur. Nihil tamen in assumptione accessit ex
I trinsecus. quod est proprium praedicativi syllogismi. Hic primus modus adia
lecticis appellatur. qui est ab antecedentibus. propterea quoniam argumentum quem
admodum positum est. ita et assumptum. hoc tantum modo differens quod cum
II condicione positum est. et sine condicione assumptum. Secundus modus est.
qui appellatur a consequentibus. in quo ipsum argumentum questionem
sequitur. non questio argumentum. hoc modo. Si non est rethorica utilis, non est
bene dicendi scientia. Assumitur argumentum a contrario. id est per negationem
III sic. Est autem bene dicendi scientia. utilis est igitur. Tertius modus est qui ap
pellatur a repugnantibus. In quo demonstratur non posse simul hoc esse
et illud non esse. In quo cum fuerit assumptum unum, aliud necessario tol
letur. id est ut cum fuerit assumptum esse, non esse tollatur. hoc modo. Non
est bene dicendi scientia rethorica et non est utilis. Est autem bene dicendi
scientia. utilis est igitur. Confectum est. utile esse sublato eo quod non esse utile
propositum erat. Hi tres modi ex uno argumento possunt confici. et unam rem
omnes probare possunt. nec interest in propositione quam partem in pri
mo ponas. utrum argumenti utrum questionis. dummodo condicionis ratio
conservetur. cum dixeris. Si rethorica est bene dicendi scientia, utilis est.
potest et sic proponi. Utilis est rethorica si bene dicendi scientia est. hoc et ita
IIII in duobus aliis experiri licet. Quartus modus est qui per disiunctionem
efficitur. Ita ut uno assumpto aliud necessario negatum sit hoc modo. Aut sanus
V est. aut imbecillis. sanus est autem. non est igitur imbecillis. Quintus
modus est qui etiam per disiunctionem efficitur. Ita ut uno negato aliud
necessario sit hoc modo. Aut sanus est aut imbecillis. non est autem sanus

gatur imbecillus est · Addita sunt duo modi · qui per argumentum istorum duorum fieri possunt · non tamen per disiunctionem sed per negationem ·

VI Est ergo sextus modus In quo demonstratur non posse simul · & hoc esse & illud · Assumitur per unius confirmationem conducitur per alterius infirmationem · hoc modo · non est sanus & imbecillus · sanus autem · non igitur imbecillus · Septimus modus proponitur sic · & ideo assumitur ut in sexto ut In quinto · atq; ita conducitur · atq; ita conducitur ut in V · Adrem facilius intelligendam · his quae dam formis iunguntur · tres autem rebus ipsis non dicatis · ratio cinandius intelligatur · Est primi modi forma haec · si primum secundum · primum autem · secundum igitur · Secundi haec · si non primum secundum · Secundum autem · & primum igitur · Tertii haec · non & primum · & non secundum · primum autem igitur & secundum · Quarti haec · Aut primum · aut secundum · primum autem · non igitur secundum · Quinti · Aut primum · aut secundum · non autem primum · igitur secundum · Sexti · non & primum · & secundum · primum autem · non igitur secundum · Septimi · non & primum · & secundum · non primum autem · igitur secundum · Sciendum tamen est · ex uno argumento posse fieri tres superiores modos · ex uno argumento · Alios quattuor · huius autem ordinis ratio est · Est primus modus sit qui appellatur ab antecedentibus qui autem · quod antecedit primus est · Secundus consequentibus eadem ratione · ut ipse nomine suo primum se debere sequi & in ordine uideatur ostendere · Restat quisquis tertius In eodem argumento · repugnant ab · non enim possumus Addis iunctionem transilire · quae iam non potest ex eodem argumento fieri ·

VII Interego quartus modus · qui sic ad aliud argumentum primus · & ibi utq; antecedere debet · In quo per confirmationem assumitur · Prior est enim confirmatio negatione · Quintus debet eo · item sed per disiunctionem · sed post eum propter ea qua Ideo per confirmationem assumitur · In hoc autem per negationem · hoc in duob · reliquis luce intelligi · miscentur autem sibi multis modis syllogismi · ut in una ratiocinatione · & praedicatum generis · & conditionalis formas agnoscas · hoc modo · Si quaestio sit · utrum mutilus sit ipsa dialectica proponendum est · Si bene disputare uale est · uti lis est bene disputandi scientia · At bene disputare uale est ·

utalis est igitur dialectica. Sane uidendum est in praedicatiuo syllogismo quod de propositione sibi assumptionem uindicet. Nam extrinsecus aliquid eam accipere manifestum est. In eo autem quod sibi ut diximus de propositione uindicat. attendendum est utrum recte uindicet propter seruatas memoratasque formas. efficitur enim ut quod in propositione ad declaratiuam partem pertinere uidebatur. in assumptione ostendatur ad subiectiuam pertinere. & item si aliter assumas. hoc ipsum pertinebit ad declaratiua. hoc modo. Notum est in prima forma ita assumi. ut aut declaratiua propositionis subiectiua sit assumptionis. aut subiectiua propositionis eadem & declaratiua sit assumptionis. si proposueris sic. Omnis ars frequenti exercitatione meditanda est. dictio autem exercitatio est rethoricae. Rhetorica igitur frequenti dictione meditanda est. In propositione exercitatio ad declaratiuam partem pertinere uidebatur. In assumptione ipsa exercitatio ita ad declaratiuam pertinet. Quomodo ergo forma seruata est? Sed alio quare relictum est aliquid in declaratiua propositionis quod non euenerit in declaratiua assumptionis. Unde possit fieri conclusio. hoc est meditanda est. Nam si uellem sic assumere. Rhetorica autem ars est. totum seruabatur ad conclusionem.

(gloss: frequenti exercitatione)
Rhetorica igitur meditanda est. ex hoc appar& multa esse communia quae possunt uel subiectiuae uel declaratiuae adiungi prout se habuerit assumptio. Talibus insistente dialectica & ad quaedam nonminus inextricabilia quam caligosa properante. pallas nutum iugenae festinantis intuenti.

Quatuor rebus constat dialectica uero & falso. Verisimili quod licet non sit uerum tamen uidetur esse & sophismate.

Tricae dicuntur impedimenta pedis ... inextricabilis insolubilis

Pallas loquitur

METRUM IAMBICUM SENARIUM

(glosses: o dialectica; i. loquendi; loquelam; ne inquid ultra procedas)
Peritafandi iam progressum comprime
(glosses: perplexa & subtilis; cruciatos; uulneres)
Ne inflexa tortos stringat intimatio.
(gloss: sine)
(gloss: Multiplex dispositio uel iratos deos)
(glosses: modos; h; questiones)
Et multinodos perplexi anfractus diu
(gloss: h circulocutionis assidue)
(glosses: i. nuptiis; deteste; dte; i. breuitate)
Hymen reatus & editum est compendio
(gloss: hymeneo ipso deo :: expositum)
Quicquid decenter docta disputatio
(glosses: docendum; afferendum)
Multo astruendum contulit uolumine.
(glosses: i. sufficit; commentis)
Satest profundae frons decens scientiae
(glosses: s. frons; i. occulta; pondus; monas faciens)
Quae abstrusa promit nil morosum disserens

sed cognitu faciens licet compendiose tamen ex omnibus disserens

Praeteruolando nilq: ignotum deserens.
Hynq: supersunt fraude multa consita
Quis falsa captos circuit deceptio.
Dum ambage ficta praestruis sophismata
Captentulis ue ludis illigantibus
Fellax soritas cumq: sensim congeris.
Cosmasue mendas comprobat quas ueritas.
Nefas tonantis garriat sub auribus
Facinus que di[g]rum. quippe summi caelites
Oderetur p[ro h]is omne falsum feminae.
Nam si uolutus quicquid cauilla saeuius
Nudum locuta circulatrix indecens
Fies profecto decipula si astruxeris.
Facessit ergo uersilis profunditas.
Reliquum que tempus linquens sororibus.
His auditis dialectica cunctabunda
paululum tamen diue praeceptis paritura respondit. EXAMETRUM
Uenerandus mihi fatus reuerendus que secuta ANAPESTICUM RECIPIT
Referamius sa pedem. Atq: ilicet exorsa silebunt. DACTILUM ET SPONDEU
Licet unam decu[...]is se permittere culpam ET DACTYLUM PRO ANA
Et honoris pretio cederet Inferre relatus. PESTO.
Populum cecropidarum bene quo palliatarum
Bromius conciperet contumias nosse dolere.
Mage quam me crediderat uiperam noscere posset.
Etiner is marsica dudum fleret praestigiatrix
Neque me conspiceret somnificam uel temulentam.
Locapassim blaterantem iouialibus subor sis
Tamen uni famulandum est tibi uirgo reticemus.

Haec dicens uelut repressa conticuit. Compluresq:
eam diuorum quinter initia deriserant. horruerunt.

EXPLICITA EST DIALECTICA MARTIANI
INCIPIT RHETORICA EIUSDEM

Captentulus capiens
Pollade ceptrix tri[...]
Athomos per minutissimas questiones sigmi deceptione
Soritas collectiones arenarum
Mendacium in loquendo menda in scribendo unde et emendare libros dicimus
inco turpis quia machinatur dolos
sophistica
Incantatricem
falsatrix t diuinatrix
blatterare est multum et inepte loqui
quia locutas sum post tua prohibitionem
Abrones carnes humanas
Anacalazon

Rethoricam ingrediente audit sonitum tubarum quod significat clangore loquentium

Rethor grece habundo loquor

Interea sonuere tubae. raucusque per ethram
cantus. & ignoto caelum clangore remugit.
Turbati expauere dei. uulgusque minorum
caelicolum trepidat. causarum & nescia corda
Herent. & ueteris renouantur crimina phlegre
Tunc amnes. faunique. pales. ephialtia paene
exspectant proceres. nulloque assurgere motu
sternunt attoniti. uicibusque alterna profantes
Mirantur placidam per pectora sacra quietem.
Tum primum posita siluanus forte cupresso
erectus ac trepidans dextram tendebat inermem.
Bellaque composcens arcus atque herculis arma
Portunus trifidam suspirans flagitat hastam.
Gradiui frameam non ausus poscere falcem
ater in bello socius disquirit agresti.
Diffidensque suis res spectat tela tonantis.

Sed dum talibus perturbatur multa terrestrium plebs deorum. Ecce quaedam sublimissimi corporis ac fiduciae grandioris uultus & cum decore luculenta femina insignis ingreditur. cui galeatus uertex ac regali caput maiestate sertatum. Arma in manibus quibus se uel communire solita uel aduersarios uulnerare fulminea quadam coruscatione renidebant. Subarmalis autem uestis illi peplo quodam circa humeros inuoluto latiariter tegebatur. Quod omnium figurarum lumine uariatum cunctorum scemata praeferebat. Pectus autem exquisitissimis gemmarum coloribus subbalteatum. Haec cum in progressu arma concusserat. uelut fulgoreae nubis fragore colliso bombis dissultantibus fracta diceres crepitare tonitrua. Denique creditum quod instar iouis eadem posset & cum fulmina iaculari. Nam uelut potens rerum omnium regina & impellere quo uellet. & unde uellet deducere. & in lacrimas flectere. & in rabiem concitare. & in alios & cum uultus sensusque conuertere tam urbes quam exercitus proeliantes quaecumque poterat agmina populorum. Haec & iam senatum. rostra. iudicia domuisse in gente romulea. athenis

Deliacor

Bombo bombas sono

uero curiam · gymnasia · theatra quę pro arbitrio reflexisse · ac totam fun
ditus graeciam miscuisse ferebatur · hac uero loquente qui uultus uocisue
sonus · quantaque excellentiae celsitudo que sermonis audire opere pre
tium & iam superis fuit · Iam uero inuentionis ingenium · tam facunda uber
tas eloquii tam capacis memoriae recordationisque thesaurum · qualis
disponendi ordo · quam pronuntiandi congruens modulatio · qui ges
tus in motu · quae profunditas in conceptu · denique exilis in modicis · inter me
diocribus facilis · in elatione flammatrix · reddebatque cunctos in ambigu
is dociles · in persuasione cedentes · in collisione discordes · in laudibus
arrogantes · At uero cum quid commotum publica nominis attestatione
clamauerat · fluctuare · permiscere · ardere omnia uidebantur · hanc
igitur feminam auratae uocis & quasdam diadematum gemmas re
gnorumque fundentem ingens illustrium uirorum sequebatur agmen ·
Inter quos proximi eidem duo diuerso habitu nationeque praenitentes ·
Quorum unus erat pallio circumactus · alterque trabeatus · diuersus utrique
oris sonus · Licet alius & iam athenis sedisse ceret gratia didicisse · ac pro
ptus gymnasiorum studiis & reluctantibus semper achademiae
altercationibus haberetur · Ambo tamen noui proceresque paupertatis
sinu & eum alterum quirinalis eques · alium fabrilis procrearet in
dustria · Ita paresque linguae excellentia floruere · ut post curarum
fata immortitasque mortes · uirtute astra conscenderent · Immortalitate
gloriae secula superarent · De uno tamen quem athenarum populus
ac palliata agmina sequebantur · haec fama conuenerat · quod acerrimus
idem & procellis indignantis oceani fremituque uiolentior · denique
de illo uersus huiusmodi ferebatur · ΔΙΝΟC · ΑΝΗΡ ΤΑ ΚΑΚΟC
ΚΑΙ · ΑΝΑΝΤΙΑ · ΕΠΟΙΣΟ · Alter uero quem consularis purpura
& coniurationis extinctae laurea redimibat · mox ingressus curiam
superum & iouis gratulatus se uenisse conspectum clamare laetior
coepit · O nos beatos · O rem publicam fortunatam · O praeclaram lau
dem consulatus mei · post hos tamen in diuersis agminibus orato
res emeriti · ac praesese ferentes insignium culmen meritaque lin
guarum · eschinem · socraten · lysiam que conspiceres · Tum in togatis

Eschines fuit grecus peritissimus. Cuius urbe at ieronimus dicit · cum aliquando recitaret ... & qui ad ...
mirarent ... quid ... ipsa bestia sua uerba ...

Gemmas diadematum k(id est) regnorum rethorica sunt ...

Femina appellat rethoricam non quod feminabus tantum ... conueniat ... nomen eius femininum generis ... grecos eodem genere ...

Trabea ... fundat homine in maxime dignitate ...

Hinc iuuenalis ...

Mereq est mihi ... Hinc emeriti ...

Inauspicium rethoricę uenientis preuolabat coruus auratus quia ipse apollini qui rethoricę deus dicitur dicabatur ob causas est consecratus quia in divinandi habet. Quia natura eius est ut quo amplius sol incanduerit eo amplius pullos suos defendat. Quod et rethores facere debent alios salicet pietatis iniquitatem gregere quo amplius eum insequi videt.

Lictores virgiferi qui ante tribunal virgas ferebant

Corax siracusanus rhetoricam apud romanos inuenit primo tisias divulgavit.

Corax fuit proprium nomen cuiusdam phylosophi qui inuenit primus regulas rethoricę quas tisias divulgavit. Nicticorax noctis coruus qui in una tantum inuenitur . Nomen dicitur . Nam est noctua ut quidam putant. Quam nicticoracem ut iohannes scotus dixit est appellanda nicticora . noctis pupilla. Cora enim grece pupilla

agminibus sosantios gracchos . regulum . plinium frontonemque uiderunt ante cunctos . Atque ipsam ducem omnium feminam . senex quidam signum aegyptiam uirgam gestans lictoris romulei praecedebat usu . Atque in eiusdem uirge culmine coraxoris aurata uenientis feminę auspicio praeuolabat . Ille autem qui gestabat uirgulam tisias dictus . Cunctisque uestustior atque elatior uidebatur . Nam et suos minores ceteros . ipsam illam ducem respectans . super [illegible]stum coruum commune pignus filiamque memorabat . quo argumento commoti quamplures deorum tam quidem nobilissimam feminam . sed aut apollinis cognatam credidere si grata est . aut si romulea degente coruina.

Cui enigmati illud adiectum . quod intrepida et fiduciae promptioris . tam palladis quam ipsius cylleni deosculata pectus . cuiusdam propinquae familiaritatis indicia patefecit . denique nonnulli superum cum intrepidatione bucinae praecinentis et admiratione amicitiae superorum incerti . diutius diuinatorem phoebum cuperent sciscitari . nondum ioue maximo dis quirente tumultuariae quae esset inquirunt . At tunc illa respectans superos uniuersos . aliquanto commotior sic coepit . Patrem maximum iouem ceterosque caelites . quos in causis pluribus sepe sum deprecata . atque ipsum conuentum superę confessionis attestor . nihil mihi magis inconsentaneum atque indecens aestimari . quam ut quę semper in foro iudiciisque quamplurimis accusauerim multos . aliosque defenderim et uiribus gloriam deluctationis annixa mihi de discriminum fatis promerente euentu praeconia compararim . Nunc apud uos superi quis placere immortalitatis instar aepretium uidebatur . inuita compellar scholarium iuuenilium monitus et exilia decantate artis praecepta memorare . Neque enim hoc nobis ascribit inopia cum redundante facultas suppetant consequentum . Nam absque his qui perturbantes pectora sensusque cunctorum . cognoscentium quoque perfregere subsellia et iam alios habeam qui minutias praeceptorum et artis numerę commenta perscripserint . Inter utrumque uero columen sectatorum praeniteat tullius meus qui non solum in foro senatu . Rostrisque grandiloquae facultatis maiestate tonuerit . uerum etiam ipsius artis praecepta commentus . libros quamplures seculorum usibus consecrarit .

Quod ciuitati sit emeritae granditatis pudor. & celebrati quantum puto
nominis gloria. haec inchoamentorum primordia detractaret excurrere. Ni
si & hoc ad immortalitatis praemium proficeret quo diu beatis adsiduitas
perennitatis accendat; exequi uel primora. Iam enioue curis superis impe
rante. Accingar igitur haec arduiora percurrere. minus quidem quam
publicitus soleo placitura. Quanquam si palladis aures atque arcadicum pa
tronem beniuolę maiestatis participarit assensio. Numquidem apud uos
maximi caelites displicebo. Quippe sum ipsa rethorica quam alii artem
uirtutem alii dixere. alteri disciplinam. Artem uero idcirco quia doceor.
licet plato huic uocabulo refragatur. uirtutem autem dicunt. qui mihi be
ne dicendi inesse scientiam compererunt. quię disci uero dicendi intimam
rationem & percipi posse nesciunt. fidenter me asserunt disciplinam.
Officium uero meum est dicere apposite ad persuadendum. finis persua
dere id quod est propositum dictione. Quae quidem uerba me cice
ronis attestor. Cuius etiam exemplis me per omnes insinuo praece
ptionis ductus consequenter usuram. Materies autem duplex est mihi. ubi & un
de fiat oratio. Ubi tum ipsius membra aggredior questionis. Unde tum
res inuentae uerba quae sociantur. Questio autem ipsa aut finita est. aut in
finita. Finita est. cum inquiritur de certo facto, demonstratque persona
ut in rosciana quaeritur ciceronis utrum interfecerit patrem roscius. In
finita illa est. quae generaliter quaeritur utrum sit aliquid appetendum.
ut an philosophandum sit in hortensio disputatur. In superiore autem
crebro assidueque colluctor. Atque eam greci placuit hypotesin nomi
nari. Infinita uero uniuersitatis astruendae sibi fiduciam uindican
te tunc potius uersorum motum ad disputationes aggredior. Licet
plerumque & iam pars ipsa quae thesis dicitur. in causis mihi elatius
anhelanti. amentatas hastas crebro & pila plurimum ualentia mini
strarit. An aliud in scaurum uenusucarrit. Cum interposita disputati
one tractatur ex quibus causis mors obueniat repentina. Ac pro milo
ne similiter. An mundus prudentia gubernetur. Denique emeris
sectatoribus quidam acri admodum ac subtilissima ratione commo
tu nullam esse attestantur hypothesin questionem. Cunctaque in

Ars dicitur apo tis areas [illegible]

Ars in docente [illegible]

Hic status est coniecturalis

defensione pro reis contra quetos in accusationibus retractantur. Ad generales questiones poterunt applicari. Iam uero partes officii eius quinque esse non dubium. Nam est. Inuentio. dispositio. elocutio. memoria. pronuntiatio. Iudicatio enim quae a nonnullis dicitur partibus cunctis adscribitur. Id circo que ipsa pars non poterit recenseri. licet quid dicendum quid ue silendum sit. dispensatio

I iudicationis examinet. Inuentio est questionum argumentorumque sagax inuestigatrix

II III quae comprehensio. Dispositio est quae ordinem rebus attribuit. Elocutio quae arripit uerba uel propria uel translata. quaeque noua facit uetera que compon(it).

IIII V Memoria firma rerum uerborumque custodia est. Pronuntiatio uocis motus gestusque pro rerum uerborumque dignitate moderatio. Sed ex his inuentionem certum est esse potissimam. cuius opus est causae questiones excutere. & argumenta probatu idonea reperire. Questionum uero duplex est species. Aliae sunt enim principales. aliae

I incidentes. Principales sunt status. ex quibus nascitur causa. quas tullius constitutio

II nes appellat. Incidentes uero quae dum tractatur causa nascuntur. dum argumenta ~~uel scripta refutando uel plures causa deducitur questiones.~~ ut est principalis. utrum clodium iure occiderit milo. Incidentes. uter utri insidias comparauerit. Principales igitur status sunt. Numero tres. An sit. Quid sit. Quale sit. An sit coniec

I tura est ut an patrem occiderit orestes. Quid sit finis ut an minuerit cornelius

II maiestatem. Quale sit. qualitas. ut an saturninus iure necatus sit. Sed ne

III forsan moueat quod praeter eo quartum statum quem hermagoras inuenit subtilior ratio est eum non statum sed partem dicere qualitatis quod in ei expositione monstrabo. Nunc dicendum est quomodo status inueniant(ur) in causa. Inueniuntur igitur per intentionem & depulsionem. Intentio est obiectio eius facti quod in iudicium uenit. Depulsio est quaedam resistens intentioni negatio. ut si dicatur occidisti patrem. non occidi. Ex his duabus inter se concurrentibus uocibus nascitur questio. quae dicitur

DIFFINITIO STATUS status. quod ibi quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat. Sed facile est uidere quid obiecto crimine respondeatur. Illud facile non est quid debeat intendi. utrum factum. ut hominem occidisti. an nomen facti ut homicidium fecisti. Et licet uideatur idem esse. tamen in superiore obiectione. si negabitur. coniectura erit. cum dixerit non occidi. In hoc ubi nomen rei intenditur. pot(est) & finis uideri. ut si dicat

[illegible marginal notes]

non fecit homicidium. An quicumque homo an cum innocens occiderit. Quod si non
factum obiciens, sed criminis nomen negatione diversae partis non erit manifestum
qui status existat; nescias enim quid negat qui ita negat: non fecit homicidium. utrum
quia nullum hominem iugularit, an quia tyranni interfectio homicidium non
vocetur. Est igitur intendendum ipsum illud quod factum est, ut si negaverit
adversarius, habeas coniecturam; si eo concesso nomen criminis excluserit, intelli-
gas finem. Quod si concesso facto factique vocabulo causis se sibi vel oportuis-
se facere dixerit, qualitas in causa versatur; quae aut de re aut de actione con-
greditur. de re, ut Miloni facere licuisset; de actione, an servo vel addicto tri-
bunos liceat appellare; an habere ignominioso liceat contionem. quae spe-
cies qualitatis translatio nominatur. Item cavere debemus ne intendamus
auditoris officium, et sola status qualitas fiat. Nam qui causam cognoscit
propositum habet efficere aliquid, id est aut damnare aliquem aut absolvere.

Auditoris autem sunt tria genera. Primum eius qui secundum aequitatem aliquid I
statuit, et is est perpensus iudex. Aliud eius qui honestate vel utilitate incerta II
dubius alienae sententiae persuasionem inexplicabilis deliberator expe-
ctat. Tertium genus eius est qui facti honestatem vel turpitudinem libera III
aestimatione perpendit; hunc aestimatorem convenit nominari. haec
igitur sunt tria causarum genera quae hypothesi continentur, id est iudici-
alis, deliberativa, et demonstrativa. Sed cum omnes praedictarum rerum
auditores dubitatio sive deducat officii, quaerendum discrimen est et pro-
pri et singulorum. Nam et iudex cuius officium est damnare reum vel absol- I
vere, possessionem dare vel auferre, priusquam cognoverit causam du-
bitat quomodo utatur officio. Et qui deliberat ambigua mentis opinione II
differtur. Et laudationis arbiter, an ita quis laudetur, aestimanti III
contemplatione dispensat. Sed cum in diversum haec distrahantur of-
ficia, tunc illud maxime discrimen attendimus, quemadmodum temporibus
varientur. Nam deliberatio futuri tantum temporis continet quaestionem, ut si de- II
liberet Cato an se debeat ne victorem aspiciat Caesarem trucidare. At I
vero iudicialia genus tam praeteriti quam futuri nonnumquam tempus
invenitur. Sed in praeterito tantum facto coniectura; ex futuro qualitas
frequenter innascitur, ut suo loco promptius asserentur. Laudativum III

[..]genus in praeteritis factis omne consistit. Sed iudiciali genere fine discernitur. Nam aliud est absoluere innocentem aequitatis imperio. Aliud laudibus prosequi gloriosum. Insignium contemplatione meritorum. Accedit quod in iudiciali genere ambigit cognitor in rebus alienis. In deliberatiuo uero quisq; de suis quam etiam de rebus externis. In laudatiuo aestimator auscultat uera congruaq; quae memorentur. Licet nouella et cui id contulerint blandimenta ut sui ae praedicationis fiat arbiter qui laudatur. Ergo oportet attentius intueri ne ea quae auditoris officium habuerint intendamus, ut sit ueri quod damnandus sit edicatur. Ille quippe se damnandum non esse respondet et utrum damnandus sit sola qualitas apparebit. Itur a facti obiectione nascatur intentio ut si eidem dicas: si alium spoliasti, responsuro non feci conjectura componitur. Stultum quippe est id quod in arbitrio manet iudicis aut certe facti nomen non ipsum crimen intendere. Cauendum aeque ne si lex ulla uel scriptura in causa tractatur intentio sumatur ex lege, ut si dicas: Lex [illegible] uetabat ascendere peregrinum [illegible] Sed illud potius dicendum: murum ascendisti, ut si negauerit non sit pugna de lege sed de facto cui accedit lex. Si confessus ex facto tunc contra legem fecisse uideatur. Caeterum si negato facto fuerit lex uel quaeuis scriptura recitata, superfluo uidebitur contentio quando non iuris sed ueritatis altercatio contineat questionem. Hoc uitio plerique falsi sunt. Sed et praeter illos tres quos status asserui alios quattuor uel quinq; de scripti qualitate manantes esse dixerunt. Qui licet suas in diuisione causae partes obtineant tamen numquam principali loco collocantur, quia nisi fuerit quod probetur nemo ad probandum recitat legem uel aliquam scripti formam. Id autem quod probatur status est, qui ex primo conflictu semper existit. Caeterae questiones controuersiae uel incidentes sunt prohibendae. Si igitur inueniendi status facilis erit ratio, cum neq; nomi admissi neq; auditoris officium neque legem aut scriptum aliquod intentionis loco obiciat poterit. Itaque talis est intentio: hominem occidisti. Depulsio: non occidi. Questio ex his oritur an occiderit. In quo statu erit conjectura. Sed cum intentioni ius facti opposuerit reus, fit qualitas, ut a Milone non factum negatur, sed de facti iure contentio est. Occidisse enim se fatebatur Clodium, sed iure fecisse. Huic depulsioni subiicit ratio quae non una simplex

I

II

III

∴ Nouellū blandimtū ē quādo de suo ppo actu dicit patris t cuius piā ppinqui aliq̄s laudat

& Q legē recitaret ān te cōfessionē facti tādiu ꝑ lex necessē sileat usq; factū appareat

…cit · Nam potest unum atque idem factum propter uarias causas uideri probabile · ut hoc idem quod insidiatorem occiderat Milo · una ratio fuit · Alia quod hostem reipublicae et tyrannidis affectione succensum interemisse memorabat · In quibus assertis fit quidem qualitas · fit quidem qualitas · sed diuersae species eius erumpunt · Nam prima relatiua · altera comparatiua qualitas fulget · Quod si intentioni non ius facti sed negatio nominis opponatur · quamuis negatio depulsionis uicem dicatur · Tamen non faciet coniecturam · quia non facturam sed nomen facti destruitur · ut in hoc · Adulterii actio sit · cum repudiata uxore stupratorem qui repudiauerat maritus inuenit · Accusat adulterii · reus contradicit · nec factum negat · Sed adulterii nomen excludit · et quaerit quid sit adulterium · quod est definitiuae controuersiae · Igitur coniectura ipsius facti negatio est · finis non admissi sed nominis · Ideoque etiam depulsio ingesti criminis · quia cum facto aliud nomen imponitur · Imminens obiecto crimini periculum denegatur · ut in hoc obiectu · pocula templi e sacerdotis domo furatus es · sacrilegium fecisti · repellit · pocula quidem abstuli sed quia de domo non e templo · furtum non sacrilegium nuncupandum · In quo etiam facti alia quaedam uidetur esse negatio · Non enim hoc ad deorum iniuriam spectat admissum · sed ad dispendium sacerdotis cum de domo pocula subtrahantur · hic utrumque factum definitione tractandum id est et quid sit sacrilegium · et quid furtum · Nunc de qualitate dicendum · cuius multiplex natura diuisionem partium primo desiderat · ut ea decursa singularum proprietas explicetur · Qualitas igitur aut de re aut de actione est · De re cum eius facti quod in iudicium uenit · ratio causaue tractatur · uel cum quid fieri oporteat disceptatur · ut an iure Clodium Milo iugularit · uel an domus Tullio restituenda fuerit · De actione autem cum quaeritur an amittenda sit actio · et iudicium faciendum · quae pars quam iuris aequitate perpenditur · Recte eam in species qualitatis subtilius aggregamus · Aliam autem quam Hermagoras quasi constitutionem nouam aut qualitatem distinguere et translationem uel praescriptionem uocare maluerat · Scilicet de actione posterius · Qualitas ut futuri temporis aestimata est et praeteriti iuridicialis · Futuri negotialis qualitas · In utroque iuris assertio est · In iuridiciali naturae · In negotiali legis

aut consuetudinis assertione firmatur. Iuridicialis uero diuiditur in absolutam et

I assumptiuam. Absoluta est quae factum ipsum in sua natura et iure defendit.

II Assumptiua quae cum in facto ipso nihil probabile (laudabile) reperiat. Confugit ad ipsam causam

eamque iustam ut facere deberet allegat (confirmat) ut cum milo non potest dicere hominem licu-

isse iugulare. causam occidendi astruxit insidias clodianas. Illic assumptiua nomen (qualitatis)

accepit. quia cum absolute factum tueri non possit confugit ad causas. Haec igitur

assumptiua partes habet quattuor. relationem. remotionem. comparationem.

I concessionem. Relatio est cum de facto confesso culpam in eum qui pertulit refert.

ut in clodium milo. Orestes in matrem. oratius in sororem. quid certo a se perhibuit

II iugulatam quia eius prouocatus iniuria in facinus sit coactus. Remotio est cum obiectum

crimen in alterum uel in aliud ab eo qui percellitur (accusatur) remouetur. In alium. ut tibe-

rius gracchus in mancinum quia auctor faciendi (conspirationis) foederis fuit. quod tam senatus

quam populus improbarit. In rem (remotio est) in tali causa. legatus nisi intra triginta dies

profectus erit. capite puniatur. Questor sumptum legato non dedit. Temp(us)

emensum est [illegible]

In aliud autem remouet si morbo tarditatis infortunium sui causam remouet tar-

ditatis. Remouetur uero aut ipsum factum si ad alterius atti[illegible]nuis se dicatur po-

III testatem aut causa si in alterius uitio quid accidisse dicatur. Comparatio est quam

compensationem (ubi) noua posterioribus perhiberi. non cum crimini beneficium

alterius temporis subrogatur (subiungitur) sed cum factum iure defenditur. ut ex eo aliquid

commodi sequeretur. Nam si meritum alterius temporis uelut in compen-

sationis gratiam memoratur. ad deprecatiuam potius admouendum est

qualitatem quae uenialis specie continetur. haec uero rite (se) fecisse contendit. ut

uerris. Illa responsio. magno inquit decumas uendidi. Quod factum compen-

sat utilitate beneficii. In hac quippe parte facti confessio est. sed immanita-

tem obiectionis excludit allegatio (collectio) promerendi. At illi criminis factique

una confessio est. sed aut ab animo (uoluntate) separatur. aut purgatione cessante

ad humanitatis miseranda respirat. Verum haec qualitas uenialis in bina as-

serta discernitur. purgationem et deprecationem. Nam purgatio est

I cum confesso facinore animum uoluntatem qui purgamus. Cuius modos

tres esse non dubium. id est imprudentiam. casum necessitatem. Imprudentiae.

I cum aucto scientiaque nostra aliquid dimouemus ut quidam in uenando

Lateo de frutesco deletui faciens preteritum hinc delitescens participium

iaculum intorsit in beluam & hominem delitescentem f(ru)tibus interemit. quae pars
error dicatur atq; ei subduntur. ignoratio. uinolentia. obliuio. fatuitas. dementia.
Caeteraque quae errorem admittentis excusant. Casus uero culpam euentus exonerat.
ut qui cum uictimis ad diem sacrum non occurrerit fluminis incrementis. Scelus
autem necessitate commisit qui praecepto ducis insontem hominem iugulauit. Inter
quos modos hoc interest. quod imprudentia fallit. casus prohibet. necessitas cogit.
Deprecatio autem nihil causationis associat. sed inexorandi humilitatem preces quis suspirat.
Caeteras quaestiones quas status dicunt incidentes. aduertant qui talium dicere
sciat interius demonstrationem formae primae uocis ingestio. plerumq; enim se-
cunda uim intentionis incutit. ut in hoc. Uiro forti praemium quod uolet. qui for-
titer fecit petit praemium nuptias uxoris alienae. In quo qui petiit praemium
quia nullum putat e diuerso. Nihil intendit. Sed maritus contradictor intend(it).
Licet secundo loco uideatur assurgere. cum per depulsionem uiri fortis obstab(at)
tanquam petitionem praemii quod poscerat accusanti. praemium iustum esse
contendens tanquam si factum aliquod iure tueretur. Item questiones legales
quas tanquam status causis incidere memoraui. non eadem regula percensent(ur).
Quippe quae in secunda conflictatione prorumpunt. Nam prima qualitati
tribuitur. Igitur illa intentionis ac depulsionis regula in qualitatis praedicta
parte turbatur. Nunc TO KPINOMEN. Quod greci dicunt consequenter assu-
mam. Nam cum intentio & depulsio statum constitutionem que signarit. si con-
iectura fuerit. iudicationi praebebit pariter iterationem. neq; enim est quod
possit ponderari iudicio. nisi ipsa negatio. In qualitate uero uel fine. alio
loco quam status apparet necesse est confessa depulsio facti habeat rationem.
quam item accusator infirmet. & uelut secundaria questio procreatur per
rationem impugnationemq; rationis. hoc illud iudicabile posse uersari. idq; est
quod aestimator iustificationem perpendat. posse in quauis causa & omnes
status existere. & multae rationes infirmationesq; numerosae. proindeq; iudi-
cationum semina copiosa. cum unum uidelicet factum multiplici ratione de-
fendatur. ut tullius pro milone. quod insidiatorem & quod hostem publicae
qui eis occiderit. In his igitur ille status potius apparebit quem orator
pro utilitate defensionis sumpserit. Illa etiam ratio exoratoris plerumq;
constructione colligitur. Tuncq; uelut rationales alii status emergent. ac

IUDICIALE

sic ad probationes scriptura profertur. Huic uindicatio legalis oritur. cuius

I sunt species quinque. Una est cum scripto aliquid pluraue ambigua continent.

que a grecis amphibolum memoratur. ut ex communione nominis res plerumque

confunditur. ut est illud. quidam taurum legauit quo nomine seruum

habuerat admodum praetiosum. Uerum illi heres taurum hoc bouem dedit.

quis facit nomen amphibolum questionem. Item ex nominum distinctione

per syllabam ut quidam habuit propinquos duos unum lesium nomine alium quimilesium

heredemque constituens sic locutus est. heres esto milesius. qui a distinctionis ambage

certamen exortum. dum heres esto mi distinguit qui lesius dicebatur. Alius uero

continua nominis iugitate milesium dicit heredem. Sunt item modi quos dia

II lectica comprehendit astructio. Item species scriptionalis est questionis que

ex uerbis sententiis scriptionis emergit. ut in hoc peregrinus murum ne ascen

dat. quidam obsessa ciuitate conscendit. hostemque deiecit. Arguitur

III hic reus legis sententia. uerbis nititur accusator. Tertium questionis est

genus. cum contrariae leges sibi inuicem secus colliduntur [illegible] templum

ceteris non ingrediatur. Item qui parentibus opem non tulerit puniatur.

In templo ceteris uapulanti matri ingressus opem filius tulit. accusatur.

facit hic conflictum diuersitas legum quarum interpraetatio collidit.

IIII ut cui potius auscultandum fuisset appareat. Quarta de scriptionalis que

stio est. quae dicitur syllogismus. cum ex eo quod scriptum est aliud quod

non scriptum est argumentatione colligimus. ut in hoc. exulem intra

fines deprachensum liceat occidere. Quidam inuentum exulem uer

berauit. accusatur. a defensore colligitur. quod minus permissum sit

fieri debuisse. Huic insunt modi quattuor. a simili. a consequenti. a ma

iore ad minus. a contrario. A simili. ita. ut quia patris interfector

culleo insuitur. haec poena manere debeat matricidam. A consequen

tia sic. tyrannicide praemium. qui iussit tyranno deponere dominatu

praemium petit. colligit par eo meritum qui reddidit libertatem.

III A maiore ad minus. Supra diximus si exulem permittitur iugulare, licet

IIII etiam uerberare. A contrario. si uir fortis meretur praemium. desertor

V dignus est poena. Finitiua superest questio de scripti ambiguitate de

manans. cum aliquod uerbum in lege uel testamento dubium est, et dif

Ex lege iubetur ut parricida culleo insuatur quod cum de matricida dictum non sit a simili tamen intellegi ualebit. culleus autem saccus est ex corio bouis factus cum serpente immittebatur et sic in mare proiciebatur

Amphiboli. uersum uoca ... dubitas nascitur ... intelleges ...

Desertores quisque suos dominos derelinquunt et ad hostes transfugiunt

finitione dare sit. ut nocte cum telo deprehensum liceat occidere. ⁊ quendam ꝯ
cum fuste nocte deprehensum magistratus occidit. reus est caedis. ⁊ lege sequdē ꝯ
tur: sed de eum quid sit inquirit. quod quaestionis genus hoc principaliter sta
tibus differt. quia non de facto, orta causatio est. sed de scripti tantum diffinitione
discutitur. discutitur igitur ab his legalibus status principales. ee. dis. & hos
legales incidentes. dia. Illos autem a quibus causa nascatur. uel constructiones. uel status
certus appellari DELIBERATIVUS. Iam nunc de cursis constitutionibus. controuer
siae deliberatiui ac demonstratiui generis iudeamus. nam & causarum eoꝝ ageneris
ee dubium non est. & in omni causa statum debere uersari. Licet in deliberatiuo
quidam qualitatem negotialem consistere. quod de futuro deliberat aestimarit. ⁊
Tamen ita qualitas plerumq; censenda est. ut aliquo q; status huic generi posse
accidere non negetur. nunc status sit talibus tra reperiri posse firmamus. ut non
exemptionis. depulsione equem admodum in conflictibus monstratum est regu
lam teneamus. quidenim aut quis intendet. uel ordine solito persuasor dissua
sorue confligunt. cum alterum deligere instructionibus non uetemur. sed tam
accusatoris. partes dissuasor uidetur arripere. quenimin honestum uel inutile
illud quod dissuadet ostendit. proinde ipsum uidetur accusare negotium. ⁊
persuasor uero partes arripit defensoris. & negotium tractatum qualibet obie
ctione contrarietatis absolut. ex quo & persuasor intendere. & dissuasor
dispellere memorandi. Ac si conflictione parum facta status potest
apparere. ut in talicausa. crebro ad muros exercitus fugiente deliberet
imperator. uerum diruat muros. muros excandi cum dicat. Honne uidet
si fecerit accusari. Deinde grauiter & sedicose id exercitum perpessurum. ⁊
In quo coniectura fiet de commotionis euentu. Ac non ex dicat. Victoriam
non uocandam si praesidium ciuitatis exanditur finis accessit. Diffiniendus
quippe. Qualis status moenium uictoriam fiat celebrari. Tunc si dissuasor
addat. Sine consilio senatus id fieri non debere. Praescriptio etiam uidet
accedere. Certum est igitur & intentionem dissuasori iure signari. & de deli
beratiuus cunctos status promptus apparere. Faciendum tamen ne
dissuasor uelut sententiam dicens. prohibeat tranquam ude ex cum eius
officium hoc sit. ne faciat persuadere. In honestere uel inutilis ratione
monstrata DEMONSTRAT. Iam nunc in demonstratiuo quem admodū

Lex fecit occidi nocte deprehensū

Estatus de lū longū unde & ad fustē & adalia referre poterit

Sed ex suasione & de suasione

8 ·ſ· uel unsol & in ciuili ·
ibi enī prior ÷ intendens

Hoc qd tractauerat

Laudare qd disponi facere

ł memorari
status emergat non est facile memoratu. Idcirco quia non statim laudem uituperatio con
sectatur. ut quisquis laudabilis non est. uituperabilis habeatur. uel contra qui uituperatio
honoretur
ne caruerit laudibus fastigetur. ut si laudandus ex eo quis dicatur quia homicidium
i. qui uituperationi pateat non confestim laudi
..thic non commisit. Est ergo medium nomen quod priuationem placuit memorari. Propterea
ł mittit
quia qui laude priuatur. non confestim uituperationi permittitur. Uel contra; Si tamen
status demonstratiui generis apparet cum laudatorem uituperatoremque constitueris. & ui
tuperatori accusatoris intentionem. laudatori defensoris partes adiunxeris. Aut illud
iudex — positus
subtilius conformatur. ut auditor inter laudem uituperationemque libratus. uelut ad
i. antequam laude sit dignus
∴ Potest et falsum ostendere aut laudatorem aut uituperatorem
uersaria loco ponatur. Non enim antequam laudandum quenquam laudabilem demon
iudici — iudicis
straris. non illi talis intentio est ut laudabilem nondum credat. Aduersum quam intentio
laudis & uituperationis
nem laudatori certamen est uel uituperatori; Licet in superiori astructione quidam
conflictus euidens approbetur. ut cum alius quempiam laudat & alter accusat.
ut catonem tullius laudans. & duobus uoluminibus caesar accusans. Ex quo colligitur
numeranda
omnia causarum genera statibus percensenda. Hoc reperto naturam causae
discutiet. quae aut simplici aut duplici questione aut multiplici continetur.
I s Et simplex est. cum unum quid in tota actione disquiritur. ut clodium milone iu
post factum iudicatio est
re necauerit. Illud uero quod per iudicationem posteriore loco disquiritur. uter
utri insidias compararit. non est singulare sed iunctum ex duplici coniectura
contrariam accusationem — principalitatem. i. non erit in principali loco
quam greci anticatigorian nominant. Sed incidens questio genus causae facere
tantum — tantum
non potest. Duplex tamen ex rebus fit. ut pro caelio de auro & de ueneno. Tam col
II s
ipsi
latione. ut pro roscio. filius ne patrem an inimici iugulauerint. Multiplex uero cum
III s
ex pluribus questionibus causa consistit. ut repetundarum omnes uerrine. & pro
s scauro. de bostaris nece de arini uxore. & de amis fratribus exquiritur. Dehinc ductus
s
diffin causae inspiciendus est. Ductus autem est agendi per totam causam tenor sub
aliqua figura seruatus. Sunt autem ductus quinque: simplex. subtilis. figuratus.
I obliquus. mixtus. Simplex cum non aliud est in agendo consilio aliud in uerbis.
II s ut si bene meritum laudes ac noxium accuses. Subtilis cum aliud uult animus
ipsi
s aliud agit oratio. ut quidam abdicat filium quod amicos non habeat. hic uero
III s abdicat. sed ut amicos habeat terret. Figuratus est cum aperte quid dicere
prohibet uerecundia. propter obscena & significatione aliaque integumentis
uestita monstratur. Obliquus est cum metus impedit aliquid dicere libere.
circumlocutionis
IIII & per quosdam fingendi cuniculos obicienda monstramus. ut in hoc tyrannum

Cuniculus est genus leporis paruissimi quod facit fossas ubi se recipiat. que cuniculi appellantur. unde fossas subterraneas cuniculos appellant. per quas aliquando hostes contra
[illegible]

qui sub abolitione [uastatione] tyrannidem posuerat fortiter fecit. petit praemii nomine armorum
arcis que custodiam. Magistratus contradicunt. Mixtus autem est ex utroque componitur. [su]
cum et pudor et metus impedit libertatem. ut tyrannus qui duos filios habuit. quorum
uni uxor [s. fuit] in qua infamis [s. pater] fuit. cuius maritus se suspendit. cogit eandem alterum filium [HYPBATON]
ducere. contradicit. hic non incestum libere nec tyrannidem potest obicere. His sunt du
ctus artificio se tractandi. et per totam orationem subtiliter diffundendi. qui colore hoc
separantur. quod color in una tantum parte. ductus in tota causa seruatur. Ductus
reperitur ex causatiuo litis. hoc est ex re quae controuersiam facit. quae aut praeteriti
temporis est. ut an aiacem ulixes occiderit. quae ductum simplicem tenet. Aut
si praesentis uel futuri temporis fuerit. omnes ductus admittit. Ergo ductus de
consilio nascitur. consilium ex causatiuo litis exoritur. Causatiuum litis est quod facit
dubitationem. ut in illo tyranni causatiuum litis est. quod tyrannus custodiam
et arcis postulat et armorum. Ductum subtilem seruatum testatur prima
philippica. quae mira subtilitate dominatum antonii latenter insimulat. ut
omnia dicens. nil aspere dixisse uideatur. His omnibus conquisitis argumenta ui
denda sunt quibus ad quaestionis ambiguum fides ualeat adhiberi. Fides autem
tribus fit modis. conciliando. docendo. permouendo. Illa prior ethica [moralis] sequens
apodictica [demonstratiua t doctrinat] tertia pathetica [passibilis] nominatur. Conciliatione licet in tota causa uti
conueniat. tamen in principiis uberius insistendum. et in commouendo maxime
uigere debet epilogus. Docere autem prae ceteris debet ipsa narratio. quamuis
diluendis quaestionibus obiciendisque criminibus non dissimilis operetur astru
ctio. nunc de argumentis incipiam. Argumentum est ratio quae rei dubiae fidem [DIFFINT]
facit. Res dubia est intentio et depulsio. uel ratio et infirmatio rationis. cum
enim obieceris occidisti. ut doceas argumentationem et formationem. maxime
cum negatur etiam ipsum non occidi. exigit argumentum. Licet ad facienda
fidem etiam illa quae inartificialia [attingentia] nominantur debeant adhiberi. ut tabulae
testimonia. quaestiones [tormenta]. quae post discutienda seruabo. Nunc argumenta
tractentur. quae aut in negotio de quo agitur posita sunt. aut illud at
tingunt. In ipso sunt totum tum partes tum nota quam greci et himo
logiam dicunt. Attingentia uero negotium quae ad aliquid relatiuorum ratio
ne ducunt. et sunt numero tredecim. A coniugatis. A genere. A for
ma uel specie. A simili. A differenti. A contrario. A coniunctis. A an

[Causatiuum est quod a principali causa fit ut apud graecos causae sunt quattuor elementa. causatiua sunt corpora quae ex his consistunt]

[ant]ecedentibus, a consequentibus, a repugnantibus, a causis, ab effectis, a com
paratione, cuius sunt partes tres · maiora, minora, paria. Apparet in omni
bus relatiuam in esse rationem. Nam coniugatum alterum alteri nominat,
et genus et species ad se relata fiunt. Ipsum etiam simile alicuius adsimile est,
et omnis loci argumentorum non ex se sed ex alio nomen acceperunt. Igitur
totum quod dubium discutitur diffiniri primitus oportebit. Et sic argumen
:eloquentia uideatur.
ta tractare hoc modo. Si tres dubia utrum utilis eloquentia totum est. In to
to igitur diffiniendum est sic. Eloquentia est bene dicendi scientia. Bene
dicere autem utile est. Utilis igitur eloquentia. Cui loco tractandi opus si
dio est dialectica quam nuper audistis, per quam cognitum puto quid sit
genus, quid species uel differentia, proprium, accidens, ceteraque quae
eius praecepta tenuerunt. Tamen haec ut potero breuiter strictimque
I percurram. Genus est igitur ad multas species differentiasque notio per
tinens, ut animal quod refertur ad hominem, pecudem, auem, piscem,
caeteraque quae non[illegible] numero [illegible] Quod
alia aeria, alia aquatilia, terrenaque, alia rationabilia, alia rationis exper
tia, quae sub uno nomine collecta cum fuerint nomine generis appellan
II tur. Species est quae a genere pendens alia continet numero tan
tummodo disgregata, ut homo continet et demostenem et ciceronem, qui
III bus una species est, sed numero distant. Differentia uero est sufficiens
questioni discretio, ut si queratur inter hominem leonemque quid
intersit, respondeatur quod homo mitis, leo ferus sit. Quod quidem
nec hominem a mitibus caeteris, nec leonem a feris aliis distinguit anima
IIII libus. Proprium est quod rem aliquam ab omnium communione caeteris ac
V discernit, ut risus. Hoc enim non est homini commune cum caeteris. Ac
cidens est quod in aliquo positum, nec pars eius est, nec separari ab eodem
potest, ut per se possit existere, ut color in corpore, inanimo disciplina.
A parte uero argumentum non ad totum probandum ducitur, sed ad aliam
partem quae continet questionem. Nec enim probata pars totum probat,
ut pitasio oculus uidet, non ideo totum corpus uidet, cum res fuit et ut totum
uidere corpus. Sed dialecticus iste tractatus est. Nunc quemadmodum
argumentum a parte ad partem sumatur ostendam. Si pedes, si brachia

tueri debemus. uti q(ue) oculos diligentius asservare. Cuius argumenta loco incur
rere aliquando et alius potest. quia minore ad maius dicitur. nec tamen ideo prin
cipalis argumenti ratio perturbatur quia geminari aliquanta argumenta natura
permittit. hoc saepe contingere et in figuris solet de quibus postea nobis erit dicen
dum. Fit non numquam et in hoc modo a partibus argumentum. cum in ducta II
partitione et propositis partibus pluribus. caeteris refutatis aliquam concludimus partem in qua sit questio constituta. ut si dicas equum hunc quem habes
aut emisti. aut dono accepisti. aut natus est domi. aut furatus es. Non autem
emisti nec dono tibi datus est. neq(ue) natus est domi. furatus es igitur. A nota uel etimol
ethimologia ut greci dicunt. sumitur argumentum. si consul est qui consulat
rei publicae. quid aliud tullius fecit cum affecit supplicio coniuratos. quo in loco
originem uocabuli tantum oportet attendere. Ab his uero quae negotium
uidentur attingere argumenta ducuntur hoc modo. Primum a coniugatis. I
quo uno nomine proposito principali per eius diriuationem casu aut tem
pore commutato aliquid approbamus. ut si pie et sancte uiuere laus est. Quod pie fa
ctum est laudari oportet. constat enim laudabilem esse uirtutem. qui locus a notatione a su
periore hoc differt. quia aliud est unde nomen impositum fuerit perscrutari.
aliud per cognationem uerbi ab alio deflexi argumentum sumere. A ge II
nere autem cum quod in toto ualet. ad speciem quoq(ue) deducitur. ut si uarium
et mutabile quiddam est femina. dido etiam uaria mutabilisq(ue) uideatur. pos
sitque ex amore in odium commutari. hac ratione illud ciceronis astruitur.
Nam cum omnium prouinciarum sociorumq(ue) rationem diligenter habere
debeatis. tum praecipue siciliae iudices. hunc locum ille totum uidetur
imitari. sed interest illud quod in illo a definitione. hic ab ipsa ratione qua
genus est argumenta ducuntur. et quod in genere totum est. quod totum diui
sione perit. genus manet etiam partibus distributum. A specie et a forma III
ducitur argumentum. ut fidem generalis faciat questioni. ut cicero in philip
picis. est quaedam actio lex. acta enim genus est legis. quod dis specie
id est lege lata a caesare comprobatum est. quod item confirmat a similibus.
quaere acta gracchi. leges sempronie proferentur. quaere syllae. corneliae.

IIII A simili per se. ut helena troianis sic cuibus belli semen tu fuisti: Item, ut
V sepe homines aegri morbo graui, cum aestu febrique iactantur. & cetera. Huic dis
similitudo contraria est quae a cicerone differentia nominatur. quae res inter
se diuersas non aduersas ostendit. cuius cicero ponit exemplum in uerrem. Sed
tu idem fecisse eris existimandus si eodem consilio fecisti. hoc & in personis osten
ditur. & in rebus. & in tempore. & in locis. & in aliis quae nunc memorare lon
VI gissimum est. A contrario. ut uitae mors. quae ex quibus. terrentius sic. Nam si
ut illum obiurges uitae qui auxilium tulit. quid facies illi qui dederit damnum
aut malum. & cicero. Si ille consul fustuarium meruerit legiones quid quae consu
VII lem reliquerunt. A coniunctis autem fides petitur cum quae singula infir
ma sunt. ea coniuncta uim ueritatis assumunt. ut quid si accedit ut tenuis antea
fueris. quid si ut auarus. quid si ut audax. quid si ut eius qui occisus est inimicus.
singula haec quae non sufficiunt idcirco congregata ponuntur. ut ex multis
VIII iunctis res aliqua confirmetur. Ab antecedentibus. cicero cum ille non dubi
tauerit aperire quid cogitaret uos potestis dubitare quid fecerit. praecessit
enim praedictio ubi est argumentum. secutum est factum unde est questio.
VIIII A consequentibus uero conuersim ut quaestio in antecedentibus sit. argumentum
in sequentibus hoc modo. ut si hoc secutum est. illud praecesserit. ut si peperit.
cum uiro concubuit. exemplum de uerrinis. si fine medicto pretoris afferre
X de kl ianuariae. cur non initium quoque nascatur a kalendis ianuariis. A repu
gnantibus argumentum cum ostenditur duo sibi cohaerere non posse, uerbi
causa. ut & parasitus quis sit. & ridiculosus non sit. quae per negationem
simul esse non posse praedicantur hoc modo. Nam & parasitus est gnato & ri
diculosus non est. eius loci exemplum est in re magis ipsa quam forma uer
borum. Is igitur non modo a te periculo liberatus. sed etiam honore am
plissimo ornatus arguitur domi suae te interficere uoluisse. & in cornelia
prima repugnare dicit. ut diuisores quos honoris sui ministros esse uoluerat.
XI Lege ambitus uellet affligere. A causarum locus lato patet & multa dispu
tatione tractatur. Sed nunc formam eius satis fuerit demonstrare sub hoc
exemplo. sed cum ob tua decreta. ob iudicia. ob imperia dabantur. non
est ita quaerendum cuius manu numerarentur. sed cuius iniuria cogerentur.

sic & uirgilius: mene fugis? ¶ Ab effectis fit argumentum cum in causa dubitatio est. ut XII
fatum probetur ex eo quod homines & iam mutati seruabantur in uita. fatum enim
causa uel uitae uel mortis. Illi uero effecta sunt fato uiuere posse uel mori. cicero hinc
(i. instando plaudit manib. in ei morte)
probat aulii hirtii uitam quae populo cara est. quod ei populus plaudit. hoc est
uirgilii. degeneres animos timor arguit. Nam timor est causa ut degener sit ani
mus. quod timoris effectum. ¶ A comparatione maiorum. qui dubitet a siculis XIII. I
petisse pecuniam uerrem. cum a marco octauio ligure postularit. Uirgilius. tu potes
unanimos armare in praelia fratres. ex hoc utique probat & alienos posse quod minus est.
ter. terentius. Nam qui mentiri aut fallere instituerit patrem aut matrem audebit.
tanto magis audebit caeteros. ¶ A minorum comparatione. ut publius scipio pontifex II
maximus. tiberium gracchum mediocriter labefactantem (uastantem) statum reipublicae priua
tus interfecit. deinde iungit quaestionem (quaestionis). ubi modus est quidam. catillinam orbem
terrae caede atque incendiis uastare cupientem nos consules perferremus? ex hoc
terentius loco illud. hic paruae consuetudinis causa huius mortem tam fert fami
liariter. ¶ A parium comparatione. cicero & sinonimis iucundi atque illustres sunt III
hi dies quibus (quam quibus moriemur) nascimur. & in pissonem. nihil interest. utrum ipse consul impro
bis contionibus perniciosis legibus rem publicam uexet. an alios uexare patiatur.
His igitur breuiter demonstratis. illa quae non excogitantur ab oratore (a iudice). sed a causa
aut a reis (iudici) suggeruntur. in tribus ut diximus rebus posita sunt. In scriptura ut tabu
larum. In auctoritate ut testium. In necessitate ut tormentorum. ¶ A scripto I
argumentum petitur cum ad dubiae rei probationem uel chirographum uel
testamentum transactionis tabulae recitantur caeteraque huiusmodi quae ita
nota sunt ut exempla de oratione non quaerant. ¶ Ab auctoritate uero ut africanum
dixisse iure caesum esse tiberium gracchum. aut cum testimonium quo ueri II
tas nudetur affertur. ut gneum pompeium demisso frumento celeriter
testem nobis orator inducit. auctoritas igitur aut iudicantis (ut africani) aut testis (ut pompeii) est.
huic parti adiunguntur oracula (deorum) caetera que eiusdem genus. ¶ Necessitas uero dat
fidem ex tormentis. aut somno. aut furore. aut uinolentia. quae uocem alicuius III
rei extorquet inuitis. quae omnia cum ad coniecturam causae personae facto
adducuntur id est ipso testimonio uel confessione uel scripto capiunt fidem uel
amittunt. Nam nec causa dicentis attenditur & persona tractatur. &
& ipsius (persona) scripturae secum aut cum causa qualitas comparatur. Sequitur

(margin: gneus pompeius dictus est a neuo i. macula. Sextum pompeius qui quaestor frumentum celeriter misit)

ut ea quae conciliant . aut permouent auditores . intentionem suam flectat as
sertor . quoniam ad fidem faciendam haec quoque pertinere praediximus . Conci
liantur igitur animi tum personae . tum rei dignitate . personae aut auditoris .
I aut rei uel ipsius oratoris . aut aduersarii . Auditoris sicut qualem te antea PR
praebuisti cum huic eidem questioni iudex praeesses talem te nobis . et PR hoc tem
II pore impertias . Rei uero ut pro de iotaro . quem ornare antea cuncto cum senatu
III solebam pro perpetuis eius in nostram remp. meritis . Oratoris uero cum de se non
superbe sed moderate loquitur . Quale illud est . . cum questor in sicilia fu
issem . iud . itaque ex ea prouincia decessissem . ut siculis omnibus iudi . cq .
nom . m . r . f . u t c . s . i . u . sa . mult . h . nu . et i . p . r . s . s . o . a . r .
IIII Sed haec plenius in exordiorum praeceptis disseram . Ab aduersarii uero perso
na conciliatio fit . dum illius iniquitate aut arrogantia demonstrata . nostra
modestia commendatur . Sed haec posterius & in principiis . quanquam nunc
non orationis partes . sed dicendi formas & faciendae fidei species numeramus .
quo loco patheticae quoque dictionis attendimus facultatem . cuius usus uel in co
munibus locis uel in epylogis maxime continetur . Nam ea primordia quidem
apud ueteres hac animorum permotione caruere . quod tunc [illegible] demonstrabimus
cum ordiendi praecepta tractabimus . Interim generatim quib. mentes affectibus
incitentur . nulla partium diffinitione signabo . Commouentur igitur audi
tores . aut miseratione . aut odio . aut inuidia . aut metu . aut spe . aut ira
I caeterisque similibus . Miseratione cum calamitates alicuius magno dolore
tractamus . cum iniquitatem temporis uel periculi magnitudinem memoramus .
ut in septima uerrinarum patres . quos uu. di. ia. il. p. m. a. q. o. p. an. os.
II car. ab. cons. ll. ex q. nihil ao. nihil. u. f. d. post. s. p. ex. l. Ab
odio cum aduersarii factum uel uiris bonis uel iudicibus ostenditur exe
crandum . ut cum iudicium corruptio docetur uerre iactari . Item cum
III in auaritia scelere reperturio uos sui similes esse arbitratur . Inuidia est
quae quodam liuore inficit auditores . ut est quod ad tuam ipsius ami
citiam caeterorumque hominum magnorum atque nobilium faciliorem aditum
istius habet nequitia & audacia . quam cuiusquam nrm uirtus & integri
tas . Item istum rebus omnibus undique ereptis impune eludentem circum
fluere & abundare . Potest quidem & illa res auditorum mentes incendere .

ut sullicauius exaggeres tyrannicum spiritum aut potentiam non ferendam.
Metum uero excitari uel propriis uel communibus periculis. propriis et IIII
hoc est iudicium in quo uos de reo P R de uobis iudicabit. Communibus
autem ut est. uideor mihi uidere hanc urbem lucem orbis terrarum.
arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem. Spe quoque VI
animi perturbantur. cum beneficia aut obsequia promittuntur. ut
cum fidem milonis pompeio pollicetur et caelii in omni uita seruitium
obstrictum uobis ac liberis uestris habebitis. Ira etiam ut uehe VII
menter animos turbat. ut cum exaggerat tullius et exclamat in
curia sedere socios catilinae o dii immortales. UBI N. G S. Q R S. H A B.
in qua urbe uiuimus. hic hic s. n. i. num. p. c. Similes alii permiscentur
affectus. qui cum ad persuadendum plurimum ualeant. extra causam
tamen sunt. nec apparere in oratore manifestius debent. ne insidiis iudicem
capere non ratione ducere uideatur. DE DISPOSITIONE. His igitur ad fidem II
faciendam prudenter inuentis. ordo rerum est sociandus. quae pars
dispositio uocatur. qua quid dicendum. quo uel loco. quid penitus
omittendum. quo modo etiam et quando et ubi prudenter inspiciam.
Duplex igitur huius partis est ratio. aut enim naturalis est ordo aut
oratoris artificio comparatur. Naturalis cum post principium. nar I
ratio. partitio. propositio. argumentatio. conclusio. epilogusque consequitur.
Artificio oratoris. cum per membra orationis quae dicenda sunt dige II
rimus. et hoc ex causae utilitate. Non ex temporis serie coaptam.
ut pro milone factum. Cum quaestiones quasdam ante narrationem.
ut praeiudicia refutaret induxit. quod non ex ordine naturae. sed
ex causae utilitate mutauit. et pro cornelio primo refutata sunt
crimina quae secuta sunt tribunatum. post ad ipsum tribunatum
recursus est factus. quae dispositio artificialis ut diximus nominatur.
Inuertere autem naturalem temporum ordinem intenuit. ut primum
quaesturam eum legationem deinde dein et praeturas obiceret. ser
uata temporum ratione. quam nisi causae repugnet utilitas. neces
sario persequemur. At ubi maiora quaeque potissimum et inuidiosiora
purganda sunt. ab his sumitur refutationis exordium. ut pro cluentio.

coniecturae partibus expeditis. Ad praescriptionem legis accessit.
Ordine uidelicet commutato. ne si diu euentum legis assertione non
defenderet. fugere causam diffidentia uideretur. Quibus his officii

IIII DE ELOCUTIONE

partibus absolutis. elocutionis cura est intimanda. Quae cum constet et in
singulorum animaduersione uerborum. hoc ab eloquentiae nomine
separatur. quod illa totius operis oratorii uirtus est. haec pars habetur
officii. Cuius cicero duo quasi fundamenta. duo dicit esse fastigia. fun
damenta sunt latine loqui planeque dicere. quorum unum gram
matice loquente didicistis. cum etiam uobis insinuata subtilitas est.
fastigia uero sunt copiose ornateque dicere. quod non ingenii sed
laboris est maximi. exercitationis et iam diuturnae. qua non so
lum uberior sed illustrior quoque facultas adquiritur. Huius rei
duplex ratio est, una qua in singulis uerbis lumen eapparet.
Altera ut dignitas eloquendi copulationis ipsius decore seruetur.
In singulis uero rebus. aut proprium aut translatum mutuatumque
conquiritur. Propria sunt uelut ista praecipue. Nam antiqui
proceres uel nescirent haec dicendi ornamenta uel appetere non
auderent. propriis utebantur. Sed quia uerborum ueterum iam
exoleuit usus. Non sunt audacius usurpanda illa. quae cum aetate
mutata sunt. Itaque alucinari et cerritum et caperratum similia
que praetereuntes. utemur his que consuetudo recipit. nec tamen
sordidis. nisi cum rei sententiaeque uis exigit. ut cum cicero uolens cru
delitatis inuidiam facere. ait gurgulionibus exsectis reliquerunt. et
uirgis plebem romanam concidere. Nec indecore uirgilius ut ancdote hu
militatis aucupio lychnos pro lucernis ait. quod si suae res propria
uerba non habeat. nouanda sunt. aut alienis utendum. Nouantur
autem duobus modis uerba. aut quadam fictione. aut declinatione
praesumpta. aut duorum quae cursim sint coniunctione composita.
Finguntur maxime cum transferimus. ut qui poetheta qualitates
esse dixerunt. quod nomen nunquam fuerat in latinis. quo et
auribus temperandum. et insolentia fugienda. quam uitans cicero
soterem saluatorem noluit nominare, sed ait. qui salutem dedit. Illud

Caperrata frons aspera et rugosa
R(ati)o Alucinari et blandiri

Gurgulio uermis qui frumenta populatur dicitur quasi totum gutur et per g quidem in prima syllaba scribitur sed per duo c pronuntiatur

enim nimis insolens uidebatur. Deriuatione quoque fiunt uerba quae
deductiua. παράγω duco
grammatici paragoga nominarunt. ut dicamus floreta rura & cam
a nomine grad deducit a uerbo
pique ingentes ossibus albent. quod satis crispa flexione horatius al
bicant dicit. his plerumque grammatice utitur. Licet tullius grandi
feras possessiones dicat. & grandiloquos oratores. Huic diligentiae II
subiungitur translatorum cura uerborum. cum res aut sua non inuenit
uerba. aut cum uolumus splendidius aliquid explicari. Ergo aut ino
piae aut decoris causa transferuntur. Inopiae cum dicimus gemmare I
uitem. & luxuriare segetes laetasque perhibemus. desunt enim propria
uel comoditas
& commoditatus adsciata. Decoris uero ut bellum subito exarsit cum po II
tuerit dici extitit. Et item possumus ab omnibus sensibus mutuari. ut
a narib. ab ore
ab oculis luce libertatis. & odor legum. & silent leges inter arma.
& a gustu o nomen dulce libertatis. Verum non debet haec transla
torum alienorumque uerborum affectatio sine moderatione ca
ptari. Nec longe petita debent esse translata. ut si dicas luxuriosam
charybdim. Uitandum quoque ne turpis sit similitudinis usurpatio.
Ut si dicas castratam africani morte rempublicam. aut clodium stercus
senatus. In hoc genere transferendi. etiam allegoriam poetae prae Allegoria proprie inuersio
cipue nexuerunt. Et cicero cum dicit. senatum a gubernaculis deie
princeps piratarum
cisses. populum romanum e naui exturbasses. ipse archipirata cum grege praedonum
impurissimorum plenissimis uelis nauigares. & in pisonem. ut qui ma
urbem
ximis tempestatibus ac fluctibus rei publicae. Nauem gubernassem. saluamque
uel iratum
in portu collocassem. frontis tuae nubeculam & collegae tui contaminatum
spiritum pertimescerem. Usurpatis ergo his similiter pluribus uerbis
tan
elocutus est. quae suis fortasse augustius aut humilius diceret. Item
translata quodammodo sunt. quae aut ex parte totum. aut ex toto
partem. aut ex uno plures monstrant. aut ex pluribus singula. Ex
parte totum ut in puppim ferit. aut ne in his dem penatibus tuto esse
tecum. pro eadem domo. hunc tropum metonymian grammatici
memorarunt. Catachresin etiam greci. quam nos abusionem
dicimus. ut cum perhibemus naturam deorum pro substantia.
In coniunctis uero uerbis. orationisque contextu. seruanda sunt haec

ut constructio co augmentata & conclusio perfecta proueniat. & ut
quodam schemate dictio uenustetur. Iam compositionis praecepta per
curram. Cuius uitium maximum est. hiulcas & asperas. frenos etiam
iotacismos. moetacismos. labdacismos. omoeoprofora. & polisigmia
non uitare. uel cuius libet litterae assiduitatem in odium repetitam.
ut sale saxa sonabant. & casus cassandra canebat. Moetacismus est
cum uerborum coniunctio litterae assiduitate colliditur. ut si dicas mama
mam ipsam ama quasi meam animam. Lapdacismus ubi .l. primum dis
sonat. ut si dicas. sol & luna luce lucent albalent lactea. Iotacismus.
ut si dicas iunio iuno iouis iure irascatur. Polisigmia ubi .s. littera cre
brius geminatur. sosia in solaria soleas sarciebat suas. Omoeo pro
feron est cum dicitur. o tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti. dis pro
feron. ut si quis dicat persuasit praestrigiatrices. atque inductrices
tigres. Asperae inter penultimum ultimumq; uerbum maxime ui
tandae. Cuius exemplum est. si dicas phaleras ablatas gratis. aut si
iuret & auriga per lora per flagelli per frena. Hiulcae sunt eam in ea
parte quam diximus similes uocales ac similiter longae collisam hian
temque structuram faciant. ut si quis dicat suscepisse se liberos secun
do omine. & ut tullius pro milone ait auctoritate publica arma
re. quod quidem artem dissimulans plerumq; appetit uoluntate.
Uitandum similiter ne in eodem loco tres aut quattuor longas breuesq;
continue ponamus. neue in notissimos uersus & maxime eroicos
structura fundatur. Inter iambicos uersus quam uis eos cicero non
euitet cum dicat. senatus haec intelligit consul uidet. & eroici uer
sus finem uel initium non declinet cum dicit. o miserum cui peccare
licebat. & in academicis l. ucongesta omnia. Varro magis obscu
rata & circumfusa tenebris. & in uerrinis plenum uersum una
quidem syllaba mutilum fuderit. cum dicit. cum loqueretur tanti
fletus gemitusq; fiebant. nec finem uitauit elegi sicut ait. O derat
ille bonos. Incurrit etiam in endecasyllabi phaleutii petulantia
dum dicit. successit tibi lucius metellus. hic tamen uir & longo ope
re. & ipsa sui maiestate defenditur. Caeterum in clausulis uitio

sissimum reperiatur. Animadvertendum autem ne cum similitudinē
versus effugimus, bonam clausulam transeamus. ut si timeas dicere stre
pituque plagarum cum pla longa sit, et bonam clausulam fecerit. vitandū
etiam ne eodem loco cacenfaton. vel interpositione vel commutatione verbo
rum. Inhonesta enim exempla sunt. ut arrige aures pamphile. ut est.
atque erepta virginis ira. In his enim sordescit oratio. Vitandi etiam
fremi qui fiunt ex asperimis litteris in unum concurrentibus. ut est rei rentu
in haec ira. per pol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amato
res syra. et ab hisdem litteris incipientia. ut est. non fuit istud iudicium iudi
cii simile iudices. et in eadem desinentia. ut fortissimorum proximorum fide
lissimorumque sociorum in eo demutio habentur. Item penitus fugiendum bre
ves syllabas continuare quam plures, ut est illud sereni per tauita ui pedis
animale poris. His breviter intimatis pedes sunt asserendi quibus
clausulę decenter aptentur. quos quidem cicero quadam permixta con
fusione perturbat dum dicat. modo ditrocheo concludendum. modo
peonem primum probat incipientibus modo finientibusque.

quartum modo docmium qui constat ex brevi duabus longis bre
vi et longa. cuius exemplum posuit. amicos tenes. Item amphimacrū
pedem et rursum dactylicum numerum laudat modo anapesticum
deuteri l. duā bū
modo, iambum laudat. Nec tamen certa sententia est. Ego tamen
compendiosiora percurram. ut in hac silva quibusdam videar prae
ire tramitibus. In monosyllabis inspiciendum utrum finalis longa
brevis ne sit. Si enim longa est, praeire debet trocheus. ut est cicero
nis. non scripta sed nata lex. aut debet ēē legum in re. p̄ prima vox.
Incola n̄ in cōmate
quae tamen pendente sensu apta conclusio. At vero si brevis fuerit
monosyllaba iambus aut anapestus antecedit. ut ait salustius. To
ta autem insula modica et cultibus varius est. Brevem vero brevis aut
longam longa non sine vituperatione sectatur. ut si dicas. ista res me
a est. aut contra quod cicero pro ligario. non tu eum patria privare
qui careret sed vita vis. quod voluntate orator non errore composuit.
Verum hoc de monosyllabo superius praeceptum incolo melius collocari
aut commate non in fine sententiae. dissyllaba vero iambico numero

non iure clauduntur. uel si penultimus spondeus. mox iambus aptatur.
ut si dicas tenui seruos meos. Aut pyrrichius pro iambo. ut consul iudicet.
Et bona clausula est. ex iambo & spondeo, uel ultimo trocheo. ut si quis dicat
patria continet bonos ciues. uel asserat caput legis. Cauendum est autem ne
aut duo iambi aut iambus & pyrrichius in fine ponantur. ut si quis dicat pu
gnare iuuenes pro parentibus suis parentibus. Cauendum etiam ne pyrrichius
post pyrrichium ueniat & quattuor breues faciat. ut si quis dicat perdidi bona
mea. Aut post pyrrichium trocheus spondeus ue. ut si dicas. conqueritur sua fa
cta. aut imputat sibi demens. Sed & trocheus & iambus. uel pro iambo post tro
cheum pyrrhicius malam clausulam faciunt. Hunc enim finem elegi pentame
tri turpiter reddit. quid enim interest utrum dicas. omnia nempe uides.
an uero dicas aspice facta mea. bene autem ponuntur uel duo trochei. uel tro
cheus & spondeus [illegible] in fine clausulae. ut si quis dicat haec est bono
rum ciuium magna cura. Aut haec sunt quae maximi principes sola curant.

Trisyllabis clausulam terminantibus lex est. si modo d e uel is molliter flue **DE TRISYLLABIS**
re ut trocheo praecedente penultimo. molosus subsequatur. Siue longam
habeat nouissimam syllabam siue breuem iure metrico. Ut illud est Tullii.
mare fluctuantibus litus eiectis. fit autem pessima clausula si pro trocheo
penultimo spondeum praelocaueris. ut si dicas mare fluctuantib.
rupes eiectis. apex eiectis. Item uitiosa est conclusio si nouissimi molosi pri
ma syllaba breuis fiat. quam uis trocheo rite praemisso tunc enim eroicum

Omnis pes in fine posit trisyllabi molosus ÷ secundū rhetores

comma nascitur. ut si qui dicat. litus amicis. Item bona clausula fit si pro no
uissimo moloso ionicus minor ponatur post trocheum. ut si dicas. mare flu
ctuantib. litus agitanti. Sed in hac clausula cauendum ne pro trocheo penultimo
spondeus ponatur. Nam tunc si solueris tertiam molosi in uitium cadis.
quo loco incidit cicero cum dicat. si te semel ad meas capsas admisero. Si autem
pro penultimo trocheo mediam molosi solueris pulchram clausulam feceris.
ut si dicas. litus aemulis dare. Item pro trocheo penultimo pulchra & si tertia
molosi resoluitur. ut si dicas. litus aequabile. Item si trochei penultimi longam
soluerimus & primam molosi ultimi fit elegans clausula ut curas regere animorum.

Yronia est simulatio in qua aliud uerbis significamus. aliud re ipsa sentimus. **DE FIGURIS SENTENTIARUM**
ut est principium pro ligario. nouum crimen gaie caesar.

hl Item pessima si post trocheo pyrrichium praemiseris. ut si dicas mare fluctuantibus

Paralemsis est praeteritio · cum praeter mittentes (ite) quaedam · nihilominus dicimus · II
(· frequens)
Apostrophe est in aliquem districta conuersio · Apud ciceronem a nobilis III
figura · Hoc est cum in aliquem sic conuertimus actionem · ut te ex ea iudicet
doceamus · Diaporesis est dubitatio · qua figura utimur cum ueluti dubitan IIII
tes ab ipsis iudicibus inchoamenta consilium postulamus · ut est pro cluen
tio · Equidem quo me uertam iudices nescio · & pro cornelio · pugnem con
tra nobilissimorum hominum studia · consilia · rationesque eorum aperiam V
& cetera · Erotema est interrogatio · qua figura utimur cum interrogan VI
do aliquid aceruamus & exaggeramus eius inuidiam · Pysma est quae
situm · quae figura a superiore eo differt quod interroganti una uoce
tantum responderi potest · Quaesito autem nisi pluribus responderi non
potest · ut cum dicimus · qua agitur ratione bellum geremus · (ut) quae auxi
lia nobis parata erunt · (ut) quis erit qui subuenire uelit cum tam acerbe so
cios tractauerimus · Diatyposis est descriptio uel deformatio cum reb VII
personisque subiectis · & formas ipsas & habitus exprimimus · ut tullius
pro milone · si haec nunc gesta audistis facta uideretis & milonem
in reda sedentem penulatum cum uxore · Item clodium cum equo
& delectis uilla egredientem & cetera · Antisigoge contraria VIII
inductio · Haec figura est cum aliquid difficile & contrarium confi
temus · ut cicero de rege ptholomeo · difficilis ratio belli gerendi · at
plena fidei plena pietatis & cetera · Diasirmos est eleuatio uel VIIII
impressio · In hac figura laudantes quae dicuntur ab aduersariis
dissoluimus · qualis est in murenianam totus ille in sulpitium (ptium) loc
de iure ciuili · Metathesis est transmutatio quaedam · hoc est cum X
rem a nobis alio transmouemus · sed non ita ut ibi toto tam causam
constituamus · Alioquin status incipit esse non figura · Hac
tenus de sententiarum figuris · Nunc ad elocutionum figuras tran
seamus · sed uolo breuiter memorare quot genera sint elocutio
nis · quotque modis ea utendum sit · Est igitur familiaris omnis
(permanens elocutio · nec distincta per cola & commata)
narrationis generi quam greci epimonen lexin appellant · quae
ita conectitur ut superiorem elocutionem semper proxima
consequantur · & historiae conuenit · & narrationi · & non conuersi

Nam in omni narratione inuenitur elocutio
sed non in omni elocutione narratio
Ex imo conuersio

neque circumscriptum (finitum) eloquendi genus desiderat diffusum (sine colo & caeso materi) atque conti
nuum ut illa sunt in miloniana. occidi. Occidi non spurium melium quod
annonae leuandae iacturis & cetera. Ista aliquam periodon greci appellant.
quae sententiam quadam circumscriptione definit atque determinat.
quale est in ceciliana. si quantum in agris locisque desertis audacia potest
Tantum in foro iudiciisque impudentia ualeret. non minus nunc aulus caecina
cederet sexti ebutii impudentiae quantum in ui facienda cessit
audaciae. Quae multis constat e membris. quae cola greci dicunt. & ex
caesis quae commata appellant. Membrum est pars orationis & ex
pluribus uerbis absolute aliquid significans. hoc modo. & si uereor iu
dices ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere. Caesum
autem est pars orationis ex duobus aut pluribus uerbis dum quicquam
absolute significamus. quanquam caesim dicamus orationem cum
singula uerba quoduis significantia proferuntur. ut est, quis est lol
lius qui sine ferrone nunc quidem tecum est. Quis est lollius ar
miger catilinae stipator (adiutor) tui corporis concitator tabernariorum per
cussor. lapidator curiae. & in uerrinis. comites illi delecti manus erant
tuae. accensi. medici. aruspices. scribae, manus erant tuae. Uerum
superior periodos. constat & duobus membris & ex tribus & ex quat
tuor. interdum & sex. quam uis ex uno membro putent nonnulli pos
se compleri. quem monocolon periodon appellant. cum sit colon potius.
Optima igitur oratio fit si nunc ex ambitu periodico. nunc ex
illa continuatione perpetuae elocutionis aptatur. non nulla (quae) caesis
interrupta fuerit aliquando colo consociet (t consentiat). Differt autem figura
elocutionis a figura sententiae hoc. quod sententiae figura immu
tato uerborum ordine manere non poterit. quam uis plerumque
fieri potest ut sententiae figurae coniungantur cum elocutionis
figura. ut in ironia quae figura est sententiae. epanaphora per
miscetur quae est elocutionis.

DE FIGURIS ELOCUTIONIS

Sunt igitur figurae elocutionis aliae ad ornandam tantum & quasi
pingendam orationem commodatae quibus nunc utimur.
tithet on id est compositum ex contrariis. cum uerba pugnantia inse

paribus uocibus colliduntur. uel paria paribus opponuntur. ut est cicero
nis. domus tibi deerat. at habebas. pecunia superabat. at egebas. aut si
dicas. In pace ad uexandos ciues acerrimos [l. mus] in bello ad pugnandos hostes
inertissimos [l. mus]. Isocolon exaequatum membris. quod fit non inpugnan II Isos graece aequus
tibus inter se uerbis. sed paribus exaequatis. ut si dicas, classem speciosis
simam & robustissimam extruxit. exercitum pulcherrimum & for
tissimum legit. sociorum maximam & fidelissimam manum conparauit. Pa III
rison prope aequatum. haec figura differt a superiore quod ibi omnia
membrorum genera paria sunt numero. Hic uno uel altero addito
in quouis loco cetera excurrunt. Omoeoptoton similecasibus. Nam IIII Omos similis ptosis casus
ex eo nomen accepit quod cola omnia in eosdem casus cadunt. ut est.
huic socios uestros criminanti. & ad bellum uos cohortanti. & omnibus
modis ut in tumultu essetis uolenti. Omoeoteleuton similimodo deter V
minatum differt a superiore. quod & casu & sono simili postrema
uerba determinat. Hoc uero soni tantum similitudine sub quacumque
uerbi enuntiatione componitur. Paronomasia leuis inmutatio VI
uerbi ac nominis. id est cum syllaba aut littera mutata diuersa significat.
ut si dicat praetor est uel potius praedo. Ploce id copulatio. In qua idem VII
uerbum aut nomen continuo positum diuersa significat. ut est, sed tamen
ad illam diem memini. ut s. Palinlongion. Iteratio. haec figura VIII
repetito uerbo aut nomine non diuersa uult intellegi. sed uehemen
tius repetita significat. ut est. nos. nos dico aperte nos consules desumus.
Epanalempsis. repositio. haec figura a superiore distat. quod illa eadem VIIII
parte orationis reposita coniungitur. aut uno altero ue uerbo inter
posito. at haec non una parte orationis. sed prout libuerit sociatur
uerbis. ut est non potest. iam non potest haec libera ciuitas esse.
Anadiplosis est replicatio, optime cum ea quae in priore membro X
postrema ponuntur. in posteriore prima repetuntur. ut est illud
terentii, negat hanc sibi cognatam demipho. hanc demipho ne
gat esse cognatam. Proapodosis. redditio rationis. id est cum nomen
in postrema parte membri. aut eadem quaecumque pars orationis XI
redditur ex quo idem membrum coepit. ut si dicas. publica tibi calami

XII tatesimputaredebesrespublica. Epanaphoraredditio·quotiensper
singulamembratadempartsorationisrepetatur·Hocmodoquerres
calumniatoresapponebat·querresdecausacognoscebat·querrespro
XIII numiabat·Tanastrophe·conuersio;hacfigurahocdiffert asuperio
re quodillaabeadempartеorationissiepiusincipitur·Haecine
ademterminatur·utestprofuntetio·maximusnumerusegallia pedi
tatusamplissimecopiegallia·equitesnumeroplurimi egallia·
XIIII Synplocesconexio·namcincipitsiepiusabunaparteorationis·&to
tiensinunamatqeandemdesinit·utest·quislegemaliquisrullus·
quisdecemuiros quosuoluitcreauit·Idemrullus·polyptotonexplu
XV ribuscasibus·cumsiepiusinitiumabeadempartеorationisfiat·Illa
ipsaparsdeclinationibusautnumerisimmutatur percasus·utestse
natusiussit·senatuiplacuit;senatumceraumestpraecepisse;asenatu
dilectauseset·Sinonymiaest·communionominis·quotiensunoverbo
XVI nonsatisdignitatemreiautmagnitudinemdemonstramus·Ideoq:
ideandemsignificationempluraconferimus·Tautologuiaest·cadē
XVII pluribusuerbissignificatio·hocdiffert asuperiore·quodibisingulis
uerbiseademres·Inhacplurimissignificatur·Climaxestascensus·
XVIII utestaceronisprotilone·neq:ueroseopulosolumsedetiamsena
tuicommisit·neq:senatuimodosedetiampublicassocaisetarmis·
nequehistantum·uerumetiumeiuspotestatecuisenatuistotārem
XVIIII p·commisserit·Asindeconestsolutum·utademptisconiunctionib·
quibusuerbaautnominacoīnectuntur·singillatimunumquenq·nuntiamus·ut
ē·expectouimeditiseuertatempraetoris·faueo oratori·cupio·supplico·oc
XX tuplodamnariaphronium·Diezeumenon·disiunctumappellamuseum
diuersisreddитionibusuerborum·coladisiungimus·siueduosiueplurahocmo
do·capuamcolonisdeductisoccupabit·tudelampraesidio communient·nume
riamcumhacmultitudinesuorumoppinebunt·Ceteraoppidapraesidiisdeum
XXI cient·Antizeumenon·inuicemtum·haecfigurahaecasuperioredifferet·quodibi
singulismembrissinguladiuersareddunturhicplurainunoconiungimusut
ē·quorumordoabhumilifortunasordidaturpirationeabhorret·hocenī
postremumabhorret·praedictaconiunxit·Fleonasmosē·plusnecesse
XXII

sariunt cum uerba quaedam dicimus non enuntiandae rei necessaria sed magnitudinis cumulatae. ut si dicas antonius ille. cum sufficerit nomen dixisse ad amplitudinem adicimus ille. Eclipsis est detractio contraria superiori figura. cum uerbo aliquo minus dicto. rem sentiendam potius praeterimus ipsa celeritate gratissimi.

XXIII

Hę sunt elocutionis figurę. quas quidem non oportet uelut studiose copulatas in unius conceptionis sententiam conglobari.

DE MEMORIA IIII

Nunc ordo praecepta memoriae subministrat. quam quidem constat ēē naturalem. sed & arte adiuuari posse non dubium ē. haec autem ars breuibus praeceptis. sed magna exercitatione formatur. Cuius artis hoc munus ē. ut non tantum firma. uerum etiam celeri comprehensione. res uerbaq. percipiantur. Tenenda uero sunt non ea tantum quae a nobis inuenta sunt. sed etiam quae ab aduersario in agendo tractata sunt. Simonides huius rei praecepta inuenisse phibetur poeta idemq. philosophus. Cum enim conuiuii locus subito corruisset. nec possent propinqui obtritos internoscere. discumbentium ordinem nominaque e memoria recordante suggessit. quo admonitus intellexit ordinem ēē qui memoriae praecepta conferret. Is uero in locis illustribus meditandus. in quibus species rerum sententiarumq. imagines collocandae sunt. uelut in nuptiarum uelatam flammeo nubentē. aut homicidę gladiū uel arma detineas. quas species locus tanquam deposita memoriae reddat. Nam id quod conscribitur caera continetur & litteris. sic quod memoriae mandatur in locis tanquam in cera paginaq. signatr. Imaginibus uero quasi litteris rerum recordatio continetur. sed ut diximus magnam exercitationem res laboremq. conquirit. In qua illud obseruari compertum est solere. ut scribamus ipsi quae facile uolumus retinere. deinde ut si longiora fuerint quae sunt ediscenda. diuisa per partes facilius inhaerescunt. tum apponere notas rebus singulis oportebit his quas uolumus maxime retinere. nec uoce magna legenda sunt. sed murmure potius meditanda. & noctem magis quam interdiu maturius exercitari memoriam manifestum ē. Cum & late silentium iuuat. nec foras a sensibus uocatur intentio. est quidem memoria rerum atque uerborum. sed non semper ediscenda sunt uerba nisi sit spatium meditandi tempus indulserit. satis erit q re ipsas animo tenuisse. prae

Simonides hic scripsit librum de laude deor(um)

Nuptię a nubendo dicunt(ur). Obnubebantur enim nubentes flammeo i. aurario

Res manere oport(et) imagines et manet in memoria

Int(er)diu aduerbium est p(er) diem

[illegible]

U

sertim si nichil eius munere naturali prouenerit. DE PRONUNTIATIONE ET ACTIONE

Actionem apud ueteres appellabant quam nunc pronuntiationem uulgo dicim̄
nescio; ea praestat oratio ut concilietur auditor. ut ad fidem per suasione duca
tur. ut animorum motibus incalescat. Eius partes sunt tres. uox. uultus. ge
stus. his ut pleriq. putant. cultus uel habitus oris accedit. Uox & natura constat
& quadam scientia modificata seruatur. In natura qualitas uocis & quantitas
dispensatur. scientia uero quomodo caute res asse quitur. & quid oporteat obser
uare. Bonitas uocis constat. claritate. firmitate. suauitate; quae omnia nu
triuntur cibi potus coitus obseruantia. praecipueq. ut corpus deambulando
moueatur intra breue spatium reditu maturato. qui motus cum digestionē
facilem praestat. sine dubio purgat & uocem. nimia excursio uel longa deam
bulatio extenuat ac fatigat. Post hanc ambulationem statim pos ad studia
conferamus. priusq. quam sit dicendum uocem lectione coloremus. nec ab ini
tio clamandum. sed tenui murmure inchoandum. quo in similem uocem pos
sis efferre. Ad curandam autem uocem pleriq. pertinere dixerunt. ut se
dentes paucissimos uersus lenta & graui proferant uoce. Deinde per gra
dus paulatim erigant sonum. per eosdemque gradus recolligatur oratio.
quo sine damno ad murmur usq. perueniat. Uultus uero pro sententiae digni
tatem utandi sunt sed non ita ut histrionibus mos est. qui ore torquendo ri
diculos motus spectantibus praestant. Significanda enim non spectanda sunt
ista quae actio uultusq. cōmendat. sed oculorū in hac parte magna moderatio
est. qui tū hilaritate tum intentione tum minaci mouentur aspectu. nec
nimium grauioribus superciliis premendi aut petentibus frontem nudandi
sunt oculi. quod in pisone tullius amare uituperat. nec mollius agitandi sunt
gestus aut muliebriter latera deducenda sunt. Nec iactanda deformiter
ceruix. ne in illas hortensii deducatur inlecebras. quibus & si uenuste tam
non uidebatur ita uiriliter. Ad summam gestus non is orator tenendus
est quo scenae placere uidentur actores; manus in contentionib. fusa
porrectius in sermocinatione uel narratione contracta. praecipueq. in
hac parte praestandum est ut deceant cuncta. quod prudentia magis quam
ulla praeceptionis huius arte seruatur. Iam nunc ordo admonet
promissorū ut partes orationis excurrā. quas quidā subtilius duas. alii

I

II
histriones alio nomine attellanos ... uocamus pantomimi ... appellantur
Cillere dicimus mouere. Hinc cilia dicuntur palpebrae & pili earū qui taurones uocantur ... illa dicitur quae frequenter ... mouetur

quos hortensius uituperat

IIII
actores i. histriones

quinque non plures esse dixerunt. Qui autem duas asserunt. unam qua docemus iudices. aliam
quam mouemus aduerterunt. & in docendo tam narrationem quam confirmationem partes
ascribunt. In mouendo autem prooemium & epilogum nexuerunt. quia & initio
praeparandus est. & commouendus sententiam prolaturus auditor. Qui uero quin
que dixere partes rationalem ordinem persequuntur. Nam est exordium, narratio.
propositio. argumentatio. peroratio. Exordium est orationis scendae causae prae
parans auditorem. eius uirtutes sunt tres. ut attentum. ut docilem. ut beniuo
lum faciat auditorem. Attentum facimus. si magnam rem geri. si nouam. si pu
blicam aut plurimam dicimus. Docilem si de causa aliquid strictum quo instru
amus iudicem proferatur. Beniuolum aut a re aut a persona facimus. De re hic dimissum
A persona autem aut nostra aut iudicum aut aduersariorum. A nostra si quod fa dignum fauoris
uorabile gessimus commendamus. aut si quod obest causae diluimus uel ex tenu
amus. A iudicum. si eos nobis uel ex causae ipsius blandimentis uel extrinsecus con
ciliamus. Ab aduersariorum autem persona tribus modis. si eos in odium. in in
uidiam, in contemptum adducimus. In odium si sceleratos. crudeles uel doce
amus. In inuidiam si eos impotentes esse monstremus. In contemptum uero. i. impotentes. ualde potentes
si humiles. Uerum exordiorum genera sunt duo. principium & insinuatio.
Principium est quo statim simpliciter palamque conciliamus nobis auditores.
Insinuatio cum insidioso exordio iudicem circumscribimus. in quo modi sunt Insinuatio dicitur quasi in sinu agere
quattuor. Primus cum res ipsa mala est. Alter cum aduersum nos iudex ali
quid contraria opinione praesumpsit. Aut fatigatus est. Aut ac
clamatio uel irrisio ulla interuenit. Ante cuncta discutiendum quae sit for
ma materiae. Nam sunt quinque. honesta. turpis. dubia. humilis. obscura. Si
honesta est. aut principio non utendum. aut amplificatione exordium con
cludendum. Si turpis insinuatione utendum. Si dubia beniuolus faci
endus auditor. Si humilis attentus. Si obscura docilis. Insinua
tio uero quattuor modis applicatur. Cum aut personam rei subiecti
one mutamus. Aut rem persona. Aut rem re. Aut personam
persona. Nam si in causa meretricis agendum est. rem potius iudici
bus spectandam esse dicimus. aut si libertus alicuius uel cliens agat perso Libertus dicitur ... filius
nam patroni non huius considerandam esse admoneamus. & cete
ra. Uitia uero exordiorum ista sunt. Uulgare. quod in omnis causas

cadere potest. Commune quod etiam aduersarius uti potest. Contrarium quo me-
lius aduersarius uteretur. Affectatum quod aut uerbis inusitatis. aut rebus exter-
nis profertur. Superuacuum quod neque attentum neque docilem neque beniuolum
facit auditorem. fugiendum praeterea ne satis longum & uel obscurum sit. DE NARRA[TIONE]

Narrationum genera sunt quattuor. historia. fabula. argumentum. negotialis
uel iudicialis assertio. Historia est ut Libii. Fabula neque uera est. neque uerisimi-
lis ut daphnim in arborem uersam. Argumentum est quod non facta sed quae
fieri potuerunt continet. ut in comoedus patrem timeri & amari meretricem.
Iudicialis autem narratio est rerum gestarum aut uerisimilium expositio.
Narrationis autem laudes tres sunt. ut lucida sit. ut uerisimilis. ut breuis.
& his contraria uitia uocantur. Lucida est narratio si non confusa. si uera. si
usitatis significationibus. si non longo circuitu rem monstremus. Uerisimilis
si nihil affectate & quasi ex natura exponere uideamur. Breuis si non ultra
quam res exigit. & prolixe fundatur assertio. Narrationum aliae sunt ipsius
causae & negotii. aliae incidenter. Ipsius causae sunt sine quibus res quae agitur
intellegi non potest. Incidentes quae aut probationis gratia. aut exem-
pli agendi. aut inuidiae. aut uoluptatis extrinsecus afferuntur. Non-
nulli quinque species narrationis esse dixerunt ut theodorus byzantius grece discer-
nit. ΠΡΩ.Α ΔΙΗΓΗϹΙΝ. ΥΠΩ ΔΙΗΓΗϹΙΝ. ΠΑΡΑ ΔΙΗΓΗϹΙΝ. ΑΝΑ
ΔΙΗΓΗϹΙΝ. ΚΑΤΑ ΔΙΗΓΗϹΙΝ. Narrationis etiam elementa sunt sex.
persona. causa. locus. tempus. materia. res. Item narrationum aliae con-
tinuae. aliae partiales uocantur. Continuae quae perpetuo contextu sine
ulla interruptione dicuntur. Partiles quibus uel argumentum uel digres-
sio aliqua interponitur. Narramus autem modis sex. augentes ali-
quid. aut tenuantes. praetereuntes. aut monentes docentes gratiam
uel inuidiam comparantes. Post narrationem quidem digressionem
quam parecbasin uocant oportet adiungere quo uel incitamus iudi-
ces uel delinimus. sed quoniam pars orationis non est. & non semper arri-
pienda est. eam placuit praeterire. DE PROPOSITIONE

Propositio autem aut nostra est aut aduersariorum aut communis. Nostra ut
caedem obiicio. Aduersariorum caedem me fecisse dicit. Commu-
nis uter igitur nostrum caedem admiserit queritur. propositionis autem

Liuius scripsit historias romanorum & fecit ... decadas

I
II
III

I
II

quae affirmat primam sedam
aliunde assumit ad probationem
quae recapitulat supradicta

Ecbasis uagatio

principalium questionum sunt. aut incidentium. aut simplices aut coniunctę.
Simplex est luxurialis ut meretricem amas. Coniunctę autem per partitionem
maxime ponuntur quae dupliciter fiunt. Aut enim simpliciter quod dicturi sumus
ostendimus. aut antequam nobis cum aduersario conueniat. quid in dubium uoce-
tur edicimus. Propositiones aut nudę sunt. aut ratione subiectę. Nudę ut
affectasti tyrannidem. Ratione subiectae. affectasti tyrannidem. arma enim
domi habes. Omnes autem sumuntur. aut simpliciter. aut per inductionem. Sim-
pliciter. ut si dicam. docebo proditorem. Per inductionem ut si superioris me-
minimus & sequentem introducimus. ut si dicas quoniam docui iniustam legem. doce-
bo inutilem. Proponimus autem. aut per concessionem. aut per preteriti-
onem. Per concessionem cum gratiam facientes eius quod diximus prius aliquid intro-
ducimus. ut si dicas concedo interim occisum. sed ab hoc interemptum nego. Per
praeteritionem. cum ita transimus ad alteram propositionem ne superiorem interim
concedamus. ut si dicas. nunc quoniam docui ignominioso actionem de priuatis reb(us) tan-
tum negari. docebo de proditionis crimine non negari. DE PARTITIONE

Partitio est. quę ordinem totius diuisionis breuiter comprehendit. ut est
pro quintio. Negamus te bona publi quinti possedisse ex edicto pretoris.
& primo sic incipit. Nullam causam fuisse postulandę proscriptionis. huic sub-
iecit. Ne ex edicto possideri potuisse. Ad extremum nec possessa esse; haec inquit
tria cum docuero perorabo. Animaduertis corpus totius orationis. per hęc
liniamenta digestum esse. Talis autem debet esse partitio ut singulę partes eius
plurimas questiones in se contineant. Nam si fuerint & per incidentes questi-
unculas deriuata. onerabitur ipsa partitio. & ex hoc erebuntur iudices rerum copi-
am fugiendam. Ideo & tullius in ea de quintiana sic partitus est. ut singula ca-
pita plures questionum articulos contineretur. Etenim primum illud non fuisse
causa postulandę proscriptionis uide quanta contineat. quod pecunia debita
sexto neuio non fuerit. & aliter agi oportuerit. quod quidquid quintius uadimonium
non deseruerit. secundum quę ex edicto possidere non potuerit. quod & procura-
torem habuerit & absens defensus sit & non latitauerit. & ceteri creditores
quinctii sint. & quod ante missum sit ut fundo comuni expelleretur quam proscri-
ptio eius imperaretur. & quia uideri ita sit eiectus contra quam pretor iusserit.
His igitur manifestum est. intra partitionem questiones esse ponendas. quae

Interlinear glosses: (above "de priuatis") l(ege) m(ihi) p(ro)p(r)ius; (above "pretoris") pretor a(ut) iudex; (above "erebuntur") urbitrabunt; (above "quintius") iudicium arra(m)

Margin: Proscriptio publica damnatio. Plus est proscribere quam [illegible] legare. [illegible] relegati in publicum carcere trudebantur sed licebat de propriis bonis ministrare quod damnatis proscriptione minime licebat.

quoniam continentis terrae limes influentis freti coercitatione distinguitur. italie quoque
est influenta emergentes terras que equi in salo sint insule uocitantur. presertimque no
biles commonere. neque enim morosa debet esse percursio. Transeo itaque pitiessas a silua pinea
memoratas. quae nunc ebusus appellatur. in confinio carthaginis nouae baleares & iam duas.

Interlinear glosses: ite(rum) surgit; i. iuliomense; i(d est) rese… fundit; scylleum; s(cilicet) hec in carminib(us) poetarum; insulae s(cilicet) sibi; gens; ue; nomen ciuitatis; nomen insulae; hispaniorum; filium; i(d est) non ad me pertinet; a dido ne construeretur.

Preneste urbs q(uam) unus dicit a potu
pronestipi(?) i. abilice dicta q(uo)d
nostro (ser)mone dicitur cuius silua ante ea(m)
urbem habebatur.
Cecul(us) filius uulcani ex flammis erat
quod ita uocat(ur) q(uo)d paru(os) habuerit oculos
uel q(uo)d in ipso igne fumo amis(er)it. i. insularum

t colubries

colubrariā et quas grmnasias greci dicunt · uel capraria ipsa ufragale · In gallia equoque ora ·

In rodani ostio [nom insulae] micima · moxq; [l. 3 esi] quae blascorum uocatur · & tres sticades quarum hee sunt nomina singularum

prima ate misto · secunda pomponiona · tertia ypea · [s. hucusque a rapiseo] ceterasq; exiguas aduersum antipolim · In ligustico

dutem mari est corsica quam greci cyrnon appellauere · Longa centum quinquaginta milibus passuum

Lata quinquaginta circuitus eius omnis distenditur milib; trecentis uiginti quinq; · habet ciuita

tes triginta tres · stipa autem ciuitatem · Oclis sa infra · in sexagesimo corsice plana sinuata fallax nauis

gantium mentiensq; propinquitas · argoitem & capraria quam egion greci dixerunt · Item egiluum

dianium · Item columbaria uenera · Item ultra tiberina ostia mantino palmaria [s. mari] sinom a

& in formiano pontiae panta toria petta [famosa insula] · abeneria · Inarime a grecis dicta pitecuse · & me

garis & iam in [s. mari] neapolitano · a surrento [l. ciuitate] in octauo miliario capree [insula] · Item leo cotera ia africum

mare spectans · A corsica in octauo sardinia est [insula] in quo angusto freto sunt paruae insulae quae

cuniculariae perhibentur · item phintonis & fosse · Uerum sardinia a sardo filio herculis appellata

habet formam humanae plantae [l. planta] · Denique sandaliotes est appellata & signosa quod utri

usque uestigii formam significat · Uerum ab oriente centum octoginta octo milibus patet ·

ab occidente centum septuaginta quinq; · a meridie septuaginta septem · A septem

trione centum uiginti quinq; milia habet · A gorditano promuntorio insulas duas quae

herculis memorantur · a sulcensi [s. promunctorio] enosin · a caralitano [s. promunctorio] ficariam galataq; · Quidam etiam non

longe leberidas dicunt & gallode & itas & lutra contra pra est anum leugasia e astre [ciu]

ne ibi sepulta nominata · contra beliam menotrides · contra bibonem itaces sive abuli

xis specula dicte · Hinc sicilia memoranda quae antea dicta est sicania · A multis trina

cria perhibetur · sicania a sicano rege qui cum hiberica manu incanderet terram ante bella

troiana peruenit · dehinc siculus neptuni filius a quo nomen eidem commutatum ·

Nam trinacria quod tribus promuntoriis triangula censetur · Quippe unum quod

a pachyno [l. in pelo] ponensium in meridiem uersum spectat quadringentis quadraginta

milibus a grecia disparatur · Pelorias autem occasum italiamq; inspicit · Quae

freto mille quingentis passibus separatur · Lylibeum africe fines uidet · In centum

octoginta milibus · Ipsa autem promuntoria inter se terreno itinere disparantur

sic · A peloro pachynum milia centum septuaginta sex · Inde lylibeum ducenta ·

Inde pelorum centum quadraginta tria · Coloniae in sicilia quinque · urbes

sexaginta tres · fluuii fontesq; quamplures ac montis aethnae miracula

nocturna totis uomentis incendia · cuius crater [olla uulcani] stadiis uiginti patens · fa

uillam tauromenium catinamq; respergit · magno strepitu mugiens & ingentes

Hinc & sandalia dicuntur eo quod tantum plantas tegant

Pachis grece crassum hinc pachinum promunctorium a depso terre eorum

frugiferis intonans. ob lustrationem flammarum. in siculo et iam freto insulas esse non dubium est. africam uersus gaulum melita caemarina. a libeo in milibus octoginta octo. Cossura in centum tredecim. erosis. poscaene lampadusa. aethusa quam alii ęgusam dixere. et cęterę sunt aliae citra siciliam ex aduerso metauri amnis in uiginti quinque milibus. Septem eolię appellatę a nostris uulcanię cum diuersis nominibus. Prima dicitur lipara secunda terasia. tertia strangile in qua eolus regnasse fertur et flamma in proximo prumpente uel eius fumo qui uentus flaturus esset intellexisse. quod hodieque eius loci incolas certum est presentire. Quarta uero insula est didyme. Quinta trepusa.

Sexta foenicusa. ultima donymos. hic primus europę sinus ausonii maris patet nonaginta sex milibus. Quique tres sinus habet. italię fons incipit quae magna grecia appellata. ubi amnium et oppidorum copia. ac deinde castra portus qui hannibalis castra dicuntur. ubi latitudo italię quadraginta solis milibus estimatur. Dehinc a lacinio promunturio secundus incipit sinus europę magno ambitu flexus et acroceraunio epiri terminatur promunturio. a quo abest octoginta quinque milibus oppidum crotona. Et hinc preter oppida sinusque quam plures in mare. italia plurimum pergens in forentum urbem uenit. Ubi superum inferumque mare decem nouem milibus disparatur. Unde in greciam breuissimus transitur. Ac dehinc italia per populos sinus. urbes. fluuios. montes. barbarosque quam plures ducitur in fines illyrici. cuius a flumine marsia ad flumen drinum longitudo pergit quingenta quinque milia. a drino ad promunturium acroceraunium centum septuaginta quinque milia.

Ora illyrici habet insulas ultra mille. Tertius autem europę sinus acroceraunis inchoans montibus ellesponto terminatur. ac sinus habet decem nouem. prouinciasque quam plures. in quibus epyrus. acarnania et holia. focis. achaia messenia laconia. liconiaca. argolis. megaris. attice. beotica. Iterabalio latere alioque mari focis et locris. dorithonis. tessalia. magnesia. macedonia et tracia. grecia omnis. epyros autem incipit acroceraunis montibus in quibus primi caones a quibus chaonia. Deinde mons pindus. tryopesque molossique dodonei iouis fano inclyto celebrati. Ergo inter ceteras populos pontoumgum moesia ac media tracesque ad pontum rodope mox et hemum deinde excelsitas est colona. a brachusis in faucibus angustis se quo accipiens in quo deserit amnis acheron infernis fabulę errore famosis per alique gentes et iam actium colonia cum appollinis templo et ipsi quoque deo addictum cognomentum ciuitas quae nicopolitana egressus sinum

Ambracio monumenta et per diuersitas populorum et obliquia apud quos . . . cęteras

—

..Hocus

a ceraun gr̄ summum. Ceraunos fulmen. Inde acroceraunia dicuntur altissimi montes epiri a crebro ictu fulminum ita appellati

·i· apollo

urbes oppidum est confinio maris nomine calidon diomedis tydeiq; per gene
ratione notissimum. dehinc influens sinus & olia. ac pelo ponensium
diuidit. mox in acarnania arachintus in etolia a zolei fr apud quos oppidum
teante. in quo portus apollinis. Tunc deinde in focidis capis oppidū
cirra. portus celeon. a quo in septem milibus passuum introrsus oppidū
delphos sub monte parnaso clarū oraculis apollinis. fons ibi castalius.
Deinde in intimo sinu angulus boetiae monte (s. tenet. habet) meliconem iuxta pelo ponen
sum pene insula inter duo maria. egeum & ionium angulo sos recessus ob
ducens. In circuitu habens quingenta sexaginta tria milia passuum & per sinus
pene tantūdem angustiae unde procedit istmos appellatur. In quinq; mi
libus passuum diuersa maria utrimq; colludunt ac latera meatus arradunt.
In medio hoc interuallo quod istmon appellant colonia est corinthus.
sexagenis ab utroq; litore. ad ipsa summa arce que dicitur agrocorintos.
utrūq; mare prospectans. ab istmo autē achaie prouinciae nomen inci
pit. qua tante egialos uocabatur propter urbes in litore per ordinem consti
tutas. Ibi quā plures sinus. portus montes urbes. & populi ab ipsius istmos
angustiis ellas incipit. A nris grecia dicta. In ea prima attice antiquitus acte
uocata contigit istmū megi. atticanu sui parte mora autē portus cui nomen
scironia saxa. uiginti sex longitudine latitudine quinque milib; passuū.
Myrto recedentibus. athene atq; atticae. fontes ibi multa inter quos carlyr
hoe predicitur. nec athenis cedunt boetiae. In quibus epicrene arctusa.
ippocrene. agamppe. gargam. post oppida montes populiq; quā plures.
Sequitur emonia cuius a tergo mons oeta. Et a que etiam tessalia nuncupatur.
Ibi natus rex nomine grecus a quo grecia dicta. Ibi elles a quo ellenes appel
lati. in thesalia montes notissimi olympus. pierius ossa. cuius ex aduerso — De grecia
pindus. & otris. laphitarum sedes. occasum uerticibus intuentes. Nam
ortū pelius uidet. hi omnes montes theatrali more curuantur. ante quos
septuaginta quinq; urbes sunt memorande. Thesalie uicinam agnesia.
Cuius fons est. libetris. poetici haustus nomine celebratur. longitudo thesa
lie habet milia quadriginta nonaginta. latitudo ducenta nona
ginta septem. Macedonia postea centū quinquaginta populorū maxi
mis regibus inclyta. presertim que alexandro qui phylippo cunatur

crederetur eiusmater olympias dracone eumconceptū ee memorabat

uictor orbis. Nā easdem peragrationis & uictoriae metas habuit quas liber

et hercules. hęc tamen macedonia populos qui edoni dicebantur totamq;

mędoniā pieriam. emathiamq; recepit innomen haec inthracium limitem

terminū ducit. Meridiana epirotis habitatur. auespera adardanis & illi

ris a septentrione. apaflagonia. ac poenia. interipsam & thraciņam am

nis strymon prolimite est abemimontis uertice defluens. inea rodope que

mędonum asserunt montem. & athos abscissus acontinenti. cesse xerxe uiribus

utente persarum. & orestidam terrā aboreste & hermionis filio quā uocita

ri nondubium ÷ i. bis flegra nunc ciuitas tunc gigantum preliorū que immani

um temeritate famosa. quae sola etiam diluuio mundi assertur non oper ta

uoc utique praestitit montium celsitudo. sequitur trachia. cuius incole

bar dī habent appetitū maximū mortis. & quia dextera partes tris monis de

gunt bessi & dens eleus que mesius amnis qui pangeum ambit. namebrum go

drisue niues complent qui inter diuersos barbaros fluens etiam ciconas

perluit. quarum confinio demus sex milibus pas suum cacumen extollens uici

nia perflatur astrorum. Cuius sitē terga diuerse gentes tenent. inter quas

gentes sarmatę. scithę dehinc pontum sitonia gens habitat. Quae gloriam

orphei progenituitus pfectione sortita ÷. Nā in sparto promunctorio ille

uitam aut sacris impendit. aut fidibus. mox regio maronea. accyrrda oppi

dum. in quo equidio media cistabulati. circa abdira cui constructe diome

dis soror suū nomē ascripsit. quod oppidū democriti fisici ortu potius deco

ratū. Tandem traciam p[o]lidori sepulcro signatam nec poetae pręterę

unt. Illic promunctoriū ceras crysseon bizantio oppido celebratum quod

ady rratio septingentis undecim milibus distat. eo enim interstitio ase

utraq; maria recesserunt. id ÷ adrias & propontis. Illic ellespontus

angustior per stadia septem ab europa asiam diuidit. hic quoque due

ciuitates quarū una dicitur sestos europe est abydos asię. Deinde pro

munctoria. coronestium quo terminatur europę sinus tertius. & asię

egeum in quo cisema dicitur. locus haec ubi ae sepulcro tumulatus.

In confinio insula tenedos a quiusque inchium diffusior sinus inter

iacet. cuius dexterior antandrus exiguitas insularū. Demq; nauigantib;

[Interlinear glosses: above "cesse": xerxe; above "ambit. namebrum go": st; above "ciconas": ciuitas. t gens; above "drisue": mons; above "cistabulati": sst; above "circa": eum; above "cui": ciu; above "ceras crysseon": cornu aureum; above "adyrratio": maqu; above "recesserunt": abizantio; above "munctoria. coronestium": contraria; above "In confinio": europę & asię; above "tenedos": s. est]

[Left margin notes:]
n ab illo magno diluuio quod noe tem
pore fuit liberam hec ciuitas potuit cāsu
... omnia cacumina montiū aque ...
... sed potius ab illo quod fuit
tempore ogig ... deucalionis. Multa eñ
diuersis mundi partib; fuere diluuia
... ingrecia ... insulis constat
... & quia in medio maris ÷ crebro
... fundit inundationib;

masculinus neutro

.: huma serna

[ge ega gr capra]

caprae similitudine diuulgatur · ab ea[l. capra]que aegeum pelagus appellatur ·' Sed

in cor[insulae]cyrae falario promunctorio effigiem nauis scopulus[petra] imitatur · In quem[scopulum]

ulixis nauem uersam fabulosa confixit antiquitas · Nam creta centum urbibus opu

lenta in ortum occasumque porrigitur · Cui nomen suum a esperidis filia nym

pharum pulchra concessit · aut curetum rex cretes · a quo praeterea primo

mox curetis nuncupata · Deinde propter caeli temperiem macaronisos[beata insula] est

appellata · haec in longitudine tenditur milibus ducentis septuaginta ·

Latitudo quinquaginta milia non excedit · Circuitus omnis quingentis

octoginta octo milibus patet · montibus ideo et dicti[s. patet]mneo sublimibus ·'

Euboea uero a boetiae continenti modico atque ita exiguo interfluente dis

cernitur · ut plerumque ponte iungatur duobus promunctoriis ad atticam

uersum geraesto et ad ellespontum caphareo decoratur ·' huius latitudo

ultra secundum miliarium · Intra quadragesimum [l. longitudo] contrahitur · Longitudo

uero totius boetiae ab attica usque thesaliam centum quinquaginta milibus

numerantur · Circumferentia[l. circuitus] uero trecentis sexaginta quinque milibus

explicata · huius[euboie] oppidum calcida e ex aduerso aulis et caristos marmoreis

fluctibus concolora ·' In myrteo autem mari cyclades[insulae] quarum notiores[nobiliores] de

los et antandros que nomina a circulata ordinatione sortitae · Item stropha

des · quarum[l. strophadarum] naxo homeri sepulcro memoranda[laudanda] · aliaeque quamplures per

septuaginta longitudinem · et per ducenta latitudinem ducunt · Inter ero nes[nomina]

sum[insularum] et samotracem quaedam loca uasta nunc que barbarica · Quartus uero

magnus europe sinus ab ellesponto incipiens meotis ostio terminatur · Nam

artatum mare inter europam et asiam in angustias septem stadiorum inter

fluens coartatur · quas angustias ellespontum dicunt · xerses persydis rex

aggregatis nauibus ponteque constructo exercitum dux[it] · Verum haec angusti[maris]

ora quadam interruptione[terrae] per octoginta sex milia distenduntur · ac rursum

diffunditur mare latissimum iterumque contrahitur · sed maris illa diffusio

propontis dicitur · Sed et quoque angustiae bosphoros[ferens bouis similitudinem] appellantur · quae

quingentis passibus patet · Item hac darius[aduerbium] xerxis pater copias ponte trans

misit · cuius ab ellesponto longitudo ducentis triginta nouem milibus inuenit[ur] ·

Deinde scyticus diffusi maris sinus in quo medio meotis ostio iungitur · Lacus

cimmerius bosphoros idem uocatur · Is duobus milibus et quingentis passibus

Macarios beatus nisa insula inde macaronis sa beata insula

Myrteum mare dicitur a myrteo auriga ibi proiecto

Ciclon grece circulus · Inde dicuntur ciclades insulae eo quod nauigantes eas circum oportet per medium earum nauigare observatione maris non ualentes

Bosphoros eo quod a bove transfretatum sit

s. est

latus inter quos bosphoros id est cimerium et tracium latus inter patent milia
quingenta. Circuitus vero totius ponti vicies semel quinquaginta milibus
ut varro quoque noster dicit. quia dicit europe totius longitudinem habere
qui et danubius
sexagies ter triginta septem milia. passusque quingentos. Ister fluvius ortus
in germania de cacumine montis adnoe sexaginta amnes absumens. etiam
danubius vocitatur. Dehinc litus scythicum confertum multiplici diversitate
barbarica. Nam illic getae, daci, sarmatae, amaxobii, trogodytae, alani, germa
i. longitudo
nae omnis tractus. ab histro ad oceanum bis decies centum milium passuum est.
regia
In latitudinem milibus quadringentis usque ad armaemae at solitudines. Nec
i. sepulcrum ignis
procul fluvius. lacus oppidum. sub uno cuncto nomine boristenes. propter
tra
achillis insulam eius sepulc ro caelebrata. Introrsus degunt auchetae
apud quos ispanis nascitur et neotri. apud quos boristenes. geloni. agatyr
i. homines comedentes — uno oculo utentes qui pugnant contra griphes
si. antropiophagi et a tergo eorum arimaspi. tunc riphei montes. et regio
quia illic sol non lucet
caligantibus tenebris inumbrata. Post eosdem montes trans aquilonem yper
borei apud quos mundi axis continua ratione torquetur gens moribus pro
lixitate vitae. deorum cultu aeris clementia, semoni stridie. fine etiam ha
bitationis humanae praedicanda. Verum sarmatiae. scythiae. tauricae
Tractus in longitudine habet milia nongenta octoginta octo. latitudine
septingenta decem. Iam nihil in europa aestimo memorandum quod et
yperboreos sibi asia vindicavit. Sicut autem levorsum post ryfheos mon
tes redeas per oceani septentrionalis tractus te denuo per germaniae gal
liarumque et hiberos populos in gaditanum ostium revocabis. Arimfei qui p
pe iam in asia constituti parilem yperborei suitam degunt. cunctis gentibus
venerandi ita ut ad eos velut ad quoddam asylum confugiant metuentes.
regio
Ultra hos cimerii et amazones ad caspium mare quia in confinio ortus est et ircania repe
ribus scythicum prumpit oceanum. Post prolixa terrarum per aquitaniam
rit. caeterum in athlanticum litus oceani remeantes. quae insula
extrema. Extremaque europae in britanniam revertuntur.
iacet inter septentrionem et occasum longa milibus octingentis. Lata tre
centis. circuitus trigies octies et viginti quinque milia tenet. In ultimo
eius silva calidonia. Insuleque quam plures. Inter quas orcades quadraginta
pecti
paene iunctae. Item electrides in quibus electrum gignitur. Sed ultima

antropophos homo fagit comedere.
Ryphos alumpnorum vel ... vocati
qui riphi grece impos

omnium tyle in qua sol aestiuali tempore continuus dies brumaliq; nox perennis
exigitur. Ultra quam nauigatione unius diei mare concretum est. Sed in
freto confinis est galliae et hispaniae q; Quib; nisi oceani athlantici prolubere et irru
hispaniae
ptio africa misceretur. Hi uel onensis baeticae ciuitas triginta tribus milibus
oppidum mauritaniae tingi
a tingi oppido disparatur. quae colonia est mauritaniae caesariensis. huius
filius terrae gigas
auctor oppidi anteus dicitur. Africa uero ad libiam dicta ab afro libys se her
i. palatium
culis filio in confinio elissos colonia in qua regia antei luctamen quem cum hercule
aestus maris impetus inde aestuaria
celebratur. et esperidum orti. Illic aestuarium flexuosum quem draco
nem uigilem rumor uetustatis allusit. Nec longe mons athlas de gremio
mons i. athlas
cacumen proferens arenarum. hunc incole adiri uocant. is usque in con
finia lunaris circuli erectus ultra nubium potestatem qua ab occasus partem
litora prospectat oceani nemorosus fontibus scatens sed rupibus infecund.
qua uero africam spectat opimus omnis. Arbores praeterea gignit cupressi
similes odore tamen graues. quae lana obducuntur instar serici pretiosam.
per diem silet nocte et ignibus micat et tibiis fistula cymbalis tympanis
laido filii
que perstrepat satyris egipanisq; bachantibus. Ultra ipsum ad occasum litus
per quadringenta nonaginta sex milia saltus feris libicis occupati. Nec plu
rimum distant septem montes qui paritate cacuminis fratres sunt appellati.
Sed elephantorum plenissimi ultra prouinciam tingitanam. Cuius longitudo
centum septuaginta milium est. Item siga oppidum e regione malacam urbem
et
hispaniae contemplatur. In litore quoque carnennae mauri que oppidum
caesarea. Item icosium quie colonia. Item rusgoniae et rusucurrus.
bx
aldae et iae caetereq; ciuitates atq; igilgitum subtui flumen uero ambaga.
abest a caesarea trecentis uiginti duobus milibus. utriusq; mauritaniae
longitudo decies triginta octo milia. Latitudo quadringenta sexaginta
septem. Ab saga numidia est nomine celebrata numidae nomades dicti
cuius in mediterraneis colonia circa in tecirus sicca atq; bulla regia.
In ora uero litoris ipposregius. et at albica. Interius zeugina taregio quae
proprie uocatur africa habet haec tria promunturia apollonis aduersum
sardiniam mercurii respectans siciliam quae in altum procurrentia duos ef
ficiunt sinus. ab ippone diarryto deinde promunctarium apollinis.
et alio sinu utica catonis morte memoranda. flumen bagradi adppinqua

Africa ab afro filio ... libie ... filio ... Cafro libo ... quae ... terra ... laton ... Hinc ... uergilius ...

carthago inclyta pridem armis nunc felicitate reuerenda. demum maxula . car
pi messua . clypea . in promunitario mercurii. Item curubis neapolis. mox
alia distinctio lybiae phoenices uocantur qui bizantium incolunt. quae regio du
centis quinquaginta milibus passuum circuitur cuius satio centessimo messis
incremento feneratur. hic oppida puppur . adrometus . leptis . ruspae . tapsus. hd
ad quam numidiae et africae ab amsaga longitudo sunt milia quingenta octo
ginta. latitudo ducenta. Tertius sinus diuiditur in geminos duarum syrti
um recessus . uadoso ac reciproco mari . sed minor syrtis a carthagine abest
trecentis milibus . Ad maiorem uero per deserta pergitur quae serpentibus diuer
sis ac feris habitatur. Post haec garamantes supra hos fuere psylli. Inde flexu ciui
tas ocensis . et leptis magna . inde syrtis maior circuitu sescentorum uiginti quin
que milium. Tunc cirenaica regio eademque est pentapolitana ammonis oraculo
memorata quod a cyrenis abest quadringenta milia passuum. Urbes ma
ximae ibi quinque beronice . ptolomaida . ipsaque cyrene . beronice autem
in extremo syrtis cornu ubi esperidum horti, fluuius lethon, lucus sacer.
abest a lepti [illegible] trecentis septuaginta quinque milibus . abest arsinoe qua
draginta tribus et deinceps ptolomais uiginti duobus . proculque catabath
mon . et marmarides et in ora syrtis nasamones . deinde mareotis . mareoto
nium . Inde apis aegypti locus a quo paraetonium in sexaginta duobus milibus.
Inde alexandria ducenta milia. hd Ab oceano ad carthaginem magnam undecies
milies . ab ea ad canopum nili proximum ostium sedecies milies octoginta viii mi
lia . Interior autem africa ad meridiem uersus interuenientibus desertis
habet leucoethiopes nigritas . et ceteros monstruosae nouitatis . Post
quos solitudines fugiendae ad orientem uersus fluuius niger eius cuius nilus
est prorsus naturae . inter solitudines degunt athlantes quineque [illegible] nulla
inter se nomina habent et solem precantur quod eos cum ardoribus semper
amburat . Hi numquam somniare uidentur . Troglodytae in specubus ma
nent [illegible] uescuntur quae serpentibus stridunt potius quam loquuntur . Ga
ramantes uulgo feminis [illegible] connubio sociantur . Augilae inferos co
lunt . capasantes nudi et inbelles extraneis numquam miscentur . blemmyae
sine capite sunt atque os et oculos in pectore gerunt . satyri hominum nihil
habent nisi faciem . egipanes quales pinguntur existunt . Imantopodes
hd Totius autem africae a mari athlantico cum inferiore [illegible] quadraginta milia .

debilitate pedum serpunt potius quam incedunt · farusi comites herculis fuere ·
post hos finis est africae · Aegyptus dehinc hoc est asię caput quae ima ab ostio
canopico ad ostium ponti habet uicies sexies centena triginta octo milia passuum ·
ab ore autem ponti ad os meotis sedecies centena septuaginta quinq; milia
passuum · uerum aegyptus introrsum ad meridiem tendit donec a tergo
aethiopes obuersentur · cuius inferiorem situm nilus dextra leuaque diuisus
amplectitur · ut aegyptum nili possis insulam uocitare · Nam ab ambitu circum
fluentis amnis etiam deltae litterae figuram creditur detinere · sed a prin
cipio fissurae ipsius fluuialis ad canopicum ostium milia centum quadraginta
sex · summa autem eius pars conterminata aethiopię · multas oppidorum prae
fecturas habet quas nomos uocant · Inter quas menela · item alexandriae
regionem · item libyę mareotum · heracleopolis autem insula nili est in qua
oppida herculis arsinoita · et memphitae quae ad summum delta peruenium ·
Nilus autem ipse incertis ortus fontibus creditur · cum iuba rex eum a monte infe — i. ex eo manante.
rioris mauretaniae de lacu nilideo oriri significet · Quod animalib;
iisdem et argumentis facturae paribus approbatur · In omni autem
delta nili oppida ducenta quinquaginta fuisse artemidorus attesta — Hic artemidorus corographus
tur · In litore tamen aegypti maris praestantior urbium alexandrea — fuit · i · regionum descriptor
constituta ab alexandro magno condita a canopico ostio in duo deci — nam corag̃ regio · Hinc et cor
milibus passuum iuxta lacum mareoticum quiquam plures insulas — epi · i · regionarius accorā
habet (post transit) traiectusq; quadringentos · Cuius tam longitudo quam etiam — graphia regionum descriptio
latitudo centum (tria) quinquaginta milia passuum tenent · Unde ultra pe
lusiacum ostium (cum insula) ab arabia est ad rubrum pertinens mare · quod ery
treum ab erytro rege persei et andromedae filio uocitatum · a colore
etiam dictum rubrum nam fons est in litore quem cum greges biberint
in rubrum colorem incipiunt mutare lanas · huius maris oppidum
arsinoe · Verum arabia tenditur usque odoriferam ac diuitem
terram · sed iuxta est syria multis destincta nominib; · nam et (pa)lestina
est quę contingit arabiam · et iudęa · et phoenicia · et quantum inte
rior habet damascenę · in meridiem uergens babyllonia · est et
mesophotamia inter euphraten et tigrim qua transit taurum montem — Mesopotamia media inter
sophone · citra uero eam comagene · et ultra · armenia · et assyria — fluuios ... medius potamos fluuius

ante a dicta. & ubi cilicia & arabia quadringenta milia passuum. latitu
do autē a seleucia ad oppidum euphratis zeugma oppidū centū septuaginta quin
que milia. ostracine arabia finitur. a pelusio sexaginta sex milib; passuū.
apollonia palestine per centū octoginta octo milia passuū procedens sup
idume & samariam iudea longe lateq; funditur. pars eius syrie iuncta
galilea uocatur. a ceteris eius partib; iordane amne discer&a qui flu
uius oritur de fonte paneade. secta elatio iudeae ab hierosolimis in quo
latere est fons calliroe. ab occidente esseni qui sine concubitu & cunctis
cupiditatibus uiuunt. hinc aliquando interius masada castellum in
quo iudeae finis est. iungit decapolis dicta a numero ciuitatū. Re
deuntibus ad oram foenice colonia ptolomais. a tergo libanus & anti
libanus montes & interiacentibus campis. bargilus item mons sed&.
Iterum syria desinente inter oppida phoeniciae anthiochia quae oron
te amne diuiditur sup eam mons nomine casius cui altitudo quarta ui
gilia solem p tenebras uid&. In syria fluuius euphrates nascitur a mon
te qui uocat capotes. ibi quoq; mar... Inter syriam & par
tium oppidū palmira mox que euphrates fluuius cuius decē dierum
nauigatione in ipsam seleuciam parthorū urbem maximā peruenitur.
Sed scissus euphrates leuorsū in mesopotamiam uadit & tigridi infun
ditur. Dextro autem meatu babylomam petit. quae caldeae caput est.
Sed redeundum ad oram syriae cui confinis est cilicia. In qua oppidū
ueneris & cyprosinsula fluuiusq; paradysus. ciliciae pamphilia sociat.
Cui ultima phaselis. Dehinc qui licaonia in asiaticam iurisdictionem u̅sa
que ab illa parte qua galatiae conterminata est hab& ciuitates quattuor
decim. Uerū pamphiliae iuncta lycia qua incipit mons taurus pene
mediatenus orbis conscius. que pagnar & nusmaria rest assent. que
aliquando flexuosus euadit & in ripheorū montiū iuga sub nominū
diuersitate protenditur. Nam inter caetera nomina idem iuxta est
caucasus & sarpedon. portarū ... nomine censet. & alibi armeniae
alibi caspiae & idem myreanus. coraxicus. scyticus. ceraunius appel
latur. Inter ea alius mons cimera nocte flagrans. haec habuit oppida
septuaginta. nunc triginta ... telmesus oppidum dicit quo finit.

.. idumeam

Iordan sunt duo fontes ad radices montis libani ubi est ciuitas paneadis inde iunctis duob; nominib; iordanis dicitur

ubi palmae nascuntur — sebaste dicit̄ i. augusta

gloria — ex & filii prophetarū

:. parthiā

Galli aliquando profectis in auxilium grecorum & potiti uictoria. sortiti sunt cum eis terrā. Ideoq; appellati sunt a grecis galatę. a latinis gallogreci

i. orbē — i. maria

Pilę caspię appellatur. Pilę aut̄ grece porte. Inde appellatę

Hinc asiaticum sive carpatium mare et quae proprie vocitur asia quae ab oriente
frigia et licaonia a septentrione [pa]flagonia est. huius longitudo quadringenta
septuaginta milia passuum. latitudo trecenta. armenia altera ab oriente a se
ptentrione pontica. in proximo caria est. mox alania et ultra eoles [?] redi. in fri
gia celene antea nunc apamiam commutata. illic [musicus] marsias et natus et occidit et fluvio
nomen dedit. et cum apolline decertavit. denique per se ius [fons fistule] aulocrene voci
tatur. unde meander amnis exoritur. frigia autem troadi imminet. ab aquilone
galatia est. a meridie licaonia et pisidie migdoniae confinis est. ab oriente
liciae a septentrione misiae. cariae. dehinc tmolus croco florens amnisque
pactolus. ioniae mileros caput. ibi etiam [insula] colophon oraculo clarii apollinis cele
brata. meoniae principium [mons] sipilus. smirna etiam homero notissima. quam
circumfluit meles fluvius. nam smirneos campos hermus intersecat. qui ortus [mons] dori
lao [i. dividit] frigiam cariamque dispescit. iuxta ilium sepulcrum memnonis iacet. supra
troadem in mediterraneo teutrania est quae regio moesorum fuit. civitas
vero teutrana caico flumine alluitur. ibi inter omnes asiae civitates pergamum
clarius. nam bithinia initium ponti est et ab ortu traciae adversa sagari flumi
ne. primos habet habitatores qui fluvius alii fluvio gallo miscetur a quo galli
dicuntur ministri matris deum. haec et bebricia et migdonia dicta est. a bi
thino rege. bithiniae in ea civitas prusias quam hilas inundat lacus. quo puer
eiusdem nominis dicitur interceptus. ibi libissa locus nicomediae proximus.
In eo sepulcrum annibalis memoratur. dehinc ponti ora [post] fauces bosphori et am
nem ressum sagarim quae sinusque adit. in quo heraclea civitas portus acone.
ubi herba venenum aconitum procreatur. specus acherusius qui mergitur in pro
funda telluris. inde paflagonia ubi a tergo galatia est. sed hic enetos etiam
civitas a cuius civibus in italia ortos venetos asserunt. ibi promunctorium caram
bis quod a ponti ostio abest milibus passuum ducentis viginti tantum. [mons] achimens.
ibi etiam mons citorus et civitas eupatoria quam mitridates fecerat, se devi
cto pompeiopolis appellata. Cappadocia autem introversus recedit quae le
vorsum ambas armenias commaginem quae transcurrit. dextrorsum plurimos
asiae populos ambiens adiu gatauri succrescit. in ortu praeterit licaoniam
pisidiam. ciliciam. supra tractum sirie means antiochiae partem [provincia] insistum per
tendens. ab armenia maiore dividitur euphrate fluvio quae armoenia inchoat

Aulo cannule inde crene fons inde aulocrene fluvius eo quod in eo cannas quibus utebatur marsias repperit

De gallorum
Galli senones spoliaverunt urbem romam. A quo tempore odiosi fuere romanis. Unde quoscumque ex eis inveniebant [illegible]. Nomen castratum appellabant gallum. Inde ministri matris deum galli dicebantur [quasi forma bovis] qui castrati erant

a montibus paryedri sunt. cappadociae multae urbes eximiae inter quas melita
quam semiramis condidit. et mazaca quam dicunt urbium matrem cui argeus mons
imminet qui niues uerticis albicantis ne aestiuis quidem solibus superfundit. In hac
cappadocia longitudo asiae undecies (de) centena quadraginta milia. a syrtu adiabene
incipiunt quos excipit (media) in prospectu caspii maris quae caucasiis (e) montibus cingitur.
Sed caucasus portas habet quas caspias dicunt. cautium habet praecisiones etiam
ferreis trabibus obseratas ad exterenorum transitum cohibendum quae diuisu erno etiam
serpentibus obcludantur. a quibus ad pontum ducenta milia passuum (esse) non dubi
um est. In ponto autem sunt insulae (hae sunt mobiles de loco ad locum uagantes) symplegades. mox regio martiana solaneo
tractu uitifera. Inclusa montibus stadiorum mille quingentorum. difficilis aditu
at propter solitudines arenosas quae sunt per centum uiginti milia passuum. Re
gionis praedictae amoenitatem alexander magnus delegerat. et ibi primo no
minis sui condiderat ciuitatem quae excisa est et ab antiocho seleuci filio reparata
cum nomine patris eius deest. cuius circuitus habet stadia septuaginta quinque. inde oxis
amnis qua circa bractam cum eius nominis oppido fluuio quem ultra (ppu) paranda oppidum
socdianorum ubi alexander tertiam alexandream condidit ad contestandam
itineris prolixitatem. quippe etiam si a libero dehinc ab hercule arae sunt consti
tutae in testimonium laboris itinerum in id. illam terrarum partem laxates fluuius
secat qui tanais putabatur. quem demodamas dux transcendit aliumque esse
perdocuit. et ultra didimeo apollini aras extruxit. hic persicus limes scitis iungitur.
Sed scitico oceano et caspio mari qua in oceanum eoum cursus est profundae in ex
ordio niues. dehinc quae longa desertio. Post quam antropophagi excursus in
uios reddidere. Post quos seres quiundis aspergunt arbores suas. uel lanugo
quae sericum creat possit admitti. Aliarum gentium homines aspernantur. et ex
positionem mercium sine colloquio gaudent implere contractu. hinc attage
nus sinus et perboreis beatitate consimilis quo incolae gratulantur. qui circum
acti uallum auras nesciunt pestilentes. dehinc india. (insula) taciconeas in medio
error astrux. sed a medus montibus inchoat india. ruineo um mare a meri
diano porrecta salubris fauonii uegetabilibus flabris secundo aestate annis sin
gulis uegetatur bisque frugem metit. pro hieme et hesias profert. quinque
milia habuit oppidorum. et mundi pars tertia credebatur. Liber primus in
gressus indiam triumphauit in ea. maximi fluuiorum indus et ganges. Sed

Triambeo graece exilio. Inde triumphus dicitur. Cum enim liber pater superatis indis uictor rediret exultabant ante eum faunum et satirum. Quod ideo fingitur quia uinum illius terrae fortissimum est et ad inebriandos homines praestantissimus. tunc quasi liber deus inuni triumphat. Tropeum autem proprie est truncus cum armis superatis occisi hostis indutus qui cum eis simul incenditur

.. Omnis uer est leuis et lenis. et hesia dicitur

(idē est nilus)
abscisis montibus ganges fluent & ypanis ibi amnis immochetu qui alexandri
magni iter inclusit · sicut in eius ripa locatae testantur arae · latitudo gangis
ubi diffusior uiginti milia passuum · ubi angustus octo milia · profunditas
pedibus centum milia · ibi reges gentium quae diuersitas tam exercitib;
quam elephantis copiosa · Ultra palibotram urbem mons maleus in quo
hieme in septentriones umbrae · in austros aestate cadunt · seni alternatae
mensibus in eo loco per annum quindecim diebus tantum septentriones appa
(homines cubitales)
rent · homines fusciores · nam pigmei in montibus habitant · & qui confines
oceano sine regibus degunt · pandeam gentem feminae tenent · cui prior re
gina herculis filia · in eo tractu & nisam urbem esse libero patri sacram
(uel femine)
montemque merum ioui unde fabula est eum iouis semine procreatum · ibi
etiam insulas duas auri argentique metallis ac fecura praedicandas etiam
(aurea) (argentea quia argirion argentum)
uocabulis approbatur · Nam una criseam · argiream altera nuncupatur ·
O mnes indi comarum fuco decorantur · alii ceruleis alii croceis fulgo
(l· mercimonia)
ribus tincti gemmis comuntur · funerationes neglegunt · elephantis — ∴ uel foenerationes
(insula)
quae uehi eximium putant · Sed in taprobane maiores elephanti quam
indici ampliores etiam margaritae sunt · quae patet in longitudine stadi
orum septem milia · in latitudine quinque milia · scinditur fluuio inter
fluente atque india praetenta est · in qua septem dierum iter ut romanis
(uoraginibus)
nauibus approbatum · Illic et illud mare absque canalibus profundis · — Canales & ias par... pisces & duc... redit ... de ciuitate
senum passuum altitudine deprimitur · Ibi septentriones non apparent ·
U ergiliae nunquam · lunam ab octaua in sextadecimam tantum supra terras uident ·
I bi sidus clarissimum canopos · Sol ortiuus in leua conspicitur · In nauigan
do nullum sidus obseruant auium quas uehunt uolatus sequuntur quater — ∴ uehunt
(rubicundis) (glaucis)
nis pannos mensibus nauigant · Homines ibi corpore grandiores · ultra
omnium mensuram · rutulis comis · ceruleis oculis · truciori sono · Nullo
linguae commercio gentia alteri sociantur · cum negotiatoribus alius in ri
pa fluminis merces apponunt · ac uix coplacitas mutant · Aetas illis
ultra humanam fragilitatem prolixa ut mature pereat qui centenarius
moritur · Nulli per diem somnus · annona eodem semper tenore · ae
(senior)
dificia humilia paruaque · uitem nesciunt · redundant pomis · her
culem colunt · regem eum qui mitior grauior ac sine prole fuerit

eligunt · & si in regno prolem susceperit remouent · hereditarium formi
dantes imperium · Cū quotamen alii triginta cognoscunt · & si fieri pro-
uocatū septuaginta iudices sunt · Rex liberi patris cultu cōponitur ·
& si peccauerit interdicto omnium & colloquio iugulatur · Culturas & uena
tus amant · Uerum in grādū aut elephantorum, piscationibus delectatur ·
Praesertimque testudinum quarum supficie domos familiarum capaces
operiunt · deinde habitant grāci scythae sagi quos alexander uescipiscibus ue-
tuit · nec longe insula solis quae dicitur & in ea fanū cubile rubens in
qua omne animal uis feroris absumitur · Mox grandis germaniae fluuius
a quo primū aspici septentriones incipiunt · Deinde tres insulae in qui
bus grādrimarinū uigenū sunt cubitorū in his rubrum mare litoribus sinu
gemino diuiparatur · Verum oriuus ꝓsicus dicitur ꝓpter habitationē
ꝓsarum · qui sinū uigies & sexaginta milia circuitu patet · ex aduerso
alter arabicus uocatur · germania quoq; ꝓsis adiungitur quae a bi insula
fronti sita incohat quae translata est in partē cū nomine littore quo occa
sui obiacet milium est quingentorum quinquaginta oppidum ibi no
bile · susa · in quo templum iouis · ae susae · iuxta carbule siue barbi ta
uicentū triginta milibus · In qua sunt homines quauruū in pfunda deso
diunt necuisit inusu · Parthici uero regni nongenta quadraginta quat
tuor milia passuū · Verū omis media · parthia · & ꝓsida · ab oriente flu
mine indo · ab occidente tigri · a septentrione tauro caucaso · a meridie
rubro mari terminant · quae omis ꝓ longitudinē patent ter decies
uigies milia passuum · per latitudinē octies & triginta · sed cal de
ae gentis babilonia caput est · Deniq; assyria & meso potamia appē
dix illius claritatem babilonia uocatur · Urbis ipsa sexaginta milia passuū
muris amplectitur · quidecenas pedib; altis quinquagenos latas sunt ·
nisi quod amplius · Nā ternidigiti singulis mensurae nostrae pedi
bus applicantur · haec interluitur euphrate · Iouis belitemplum
quinuenorum fuit disciplinae sideralis · haec nunc ad solitudinem redit
exaustę scientiae · Item in hunc usum & lamnę siphonē terrao abea
lapide condidere parthi ac nunc caput regni habitantur
& iam abdita & opue & adusta trogodytarū & ictrophagorū gentib;

sed praemisseras cursu praetereunt. Alternando marinas beluas uincunt. sunt et Gor
gades insulae obuersae promunturio quod uocant esperu ceras. has incoluisse gorgo
nas ferunt. In quas a continenti biduo nauigatur. Ultra has esperidum insulae quae
in intimo admodum mari sunt. fortunatas autem insulas in leua mauritaniae constitu
tas inter meridiem occasumque non dubium est. quarum prima membriona dicitur. secun
da iunonia. tertia theode. quarta capraria. alia niuaria. quae aere nebuloso
et concreto est. mox canaria canibus immensae magnitudinis plena. omnes autem ple
nae nemorosae. palmiferae. nuce pinea mellis copia. amnibus ac siluris piscibus ab
undantes. percursus breuiter terrarum situs licet ignobilia quaeque praeteruolans immorari
non potui. tamen ut orbem terrae materiamque admensa cognoscar mensuram omnem
breuiter intimabo. A gaditano freto per longitudinem directo cursu ad os meotis.
XXXIIII. XXXVII passuum. uniuersus autem circuitus ab eodem exordio per sinus di
ctos intra meotium lacum. CLVII. cum ipsa uero meotide. CLXXXXII. XC. europae men
sura solius. LXXXXII. XCIIII. africae longitudo. XXXVII. XCIIII. latitudo in cyrenaica
eius parte DCCCCX. asiae uero longitudo. LXIII. DCCL. latitudo ab ethiopico mari
ad alexandream iuxta nilum sita per meroen et sienen. XVIII. XXV. exposita est terra
quam ipsa pagrauiat quorumque mensura. nunc ad artis praecepta ut iussum est ueniemus.

Dixerat. at paphie paulum contractior ore — ÆROICO METRO
Mora in tricante laeditur. — CUM IAMBICO

Nixaque mox famulis marcentia terga reclinat
Magisque et lassa pulchrior.
Haec dudum roseas inter resoluta puellas
Voluptas inquit anxia.
Unde haec tanta diu rusticitas membris
Peregit orbis circulum.
Et tantos montes fluuios freta compita currens
Delere uenit taedia.
Hanc ego crediderim sentis spinescere membris
Hirta crura uellere.
Namque ita puluerea est agresti et robore fortis
Iure ut credatur mascula.

Quo dicto locus ministris ueneris suscitat ipsique cythereae cui de proximo

Conscius adulterii mercurius quodam ... [illegible] ... delectatione ... [illegible] ... ridens ... [illegible]

amulitium est multitudo famulorum

Ideo hoc dicit quia sicut numeri in infinitum vadunt in arithmetica ita et figurae in geometria. linea sine latitudine ... [illegible] ... contemplatione animi debemus pensare ... [illegible]

Numeris arithmeticae lineis geometriae

susurratim decenter arrisit. Quam arcis nutu hilaro et quod eam intueri pro perduium reprehensiones circumspectus inhibuit. Verum pronuba proxime assidens nihil mirum inquit si propere Venus cum deliciis famulitioque tam comi appulsa est lasciviae. nam et nuptialis laeta est et blanda semper arridente Cyllenio. Et cum dicto Geometria praecipitur ad promissa properare. Sed ita ut summa quaeque praestringens fastidium non suscitet tarditate. Tum illa. Omnis mea quae in infinitum propagatur assertio numeris lineisque discernitur. quae nunc corporea tum incorporea comprobantur. Nam unum est quod animi sola contemplatione conspicimus. aliud quod etiam oculis intuemur.

Verum prior pars quae numerorum regulis rationibusque concipitur. germanae meae arithmeticae deputatur. alia est linearis atque optica. huius pulveris erudita cognitio.

Quae quidem ab incorporeis porrecta ad sensim multiplices formas effigiata tenui ac vix intellectuali principio in caelum quoque subvehitur. quod quidem incorporeum invisibileque primordium commune mihi cum arithmetica reperitur. Nam monas eiusdem insecabilis procreatio numerorum est. Mihique signum vocatur. Quod ita pote incomprehensibile parte nulla discernitur. apud illam dyas lineam facit. mihi linea in longitudinem ducta latitudinis nihil prorsus adquirit. Superficies item mihi tam longe lateque diffusa sine profunditate censetur. Ille numerus qui cunctis accedere speciebus gregatim singillatimque potest nisi rebus incidat incorporeus invenitur.

Ergo incorporea utriusque principia verum primae apud me formandorum scematum partes duae. una quae dicitur planaris quam epipedon graece soleo memorare. alia solida quam stereon dicimus. Et prioris principium est simul quod punctum vel signum latialiter appellatur. consequentis superficies quae epiphania dicitur.

Punctum vero est cuius pars nihil est. quae si duo fuerint linea interiacente iunguntur. Linea vero est quam gramen vocamus sine latitudine longitudo. Linearum aliae directae sunt quas eutias dico. aliae in gyrum reflexae quas cyclicas. nonnullas [illegible] elicoides. alias campelas pro obliquitate discrimino. quae tamen lineae punctis utrimque secus includuntur. Sicut ipsae quoque superficiem [illegible] cingunt. superficies [illegible] deserit. Ut est color est quae longitudinem et latitudinem tantum habet profunditate deserit [illegible] incorporea. hanc epiphaniam greci dixere. et cuius termini lineae sunt sive planae sive sinuosae. Planus autem fit angulus in plano duabus lineis se invicem tangentibus et non unam facientibus ad alterutrum inclinatione.

Quando autem aeque inter se tenent angulum lineae et directae fuerint, directi

i. vel obliquas i. sursum et deorsum

C. solida quae sunt habentes et altitudinem

Diffinitio dicit(ur) quasi diffinitio. (vel) valde finitio. quod & t(er)minus potest apellari eo quod in ultra n(on) requirat(ur) circa

Perpendiculu(m) p(ro)prie est linea cum materia qua parietes metiuntur a perpendendo dicta. Hinc sup(er) perpendicula quasi supra recte librata

recti lineus

lineus dicitur angulus. & ut grece . ΕΥΘΥΓΡΑΜΜΟC. Quando aut(em) directa

sup(er) directa(m) iacente(m) stans dextra leuaq(ue) angulos aequales fecerit directus uterq(ue)

: catetos. i. maior a p(er)p(en)d(icul)ut

est angulus & illa sup(er)stans perpendicularis dicitur sed greco : Angulus maior

i. acutior i. finis figurarum

directo · obtusus dicitur · minor directo acutus. Definitio est res quae alicu

ex una linia t plurib.

ius est terminus. forma est res quae ex aliquo uel aliquibus terminis con

i. circu(m)apparitio t circularis apparitio

tinetur. Circulus est figura planaris que una linea continetur. haec linea per

i. puncto

epiphania appellatur. ad qua(m) ex una nota intra circulu(m) posita om(ne)s directae

ductae lineae aequales sunt. Punctu(m) autem est circuli media nota. Diame

tros est directa linea quae da(m) p(er) punctu(m) supradictu(m) ducta quae orbem

aequalibus partibus diuidit. Emicyclium est figura quae diametro &

peripiphania media qua(m) eadem diametros distinguit continet(ur). lineae

tres directe diuersa positione faciunt trigonu(m). quattuor, tetragonum.

multae poligonum. & eae planae figurae dicuntur. quaru(m) sunt generatria.

quorum unum directis lineis clauditur. Quod greci ΕΥ ΘΥΓΡΑΜΜΟΝ

uocant. aliud quod inflexis quod ΚΑΜΠΥΛΟΓΡΑΜΜΟΝ dicunt. Terti

um quod directis simul curuisq(ue) lineis aptatur quod ΜΙΚΤΟΝ dicunt.

tribus lineis multiplex. quattuor lineis multiplex. i. pentagonus & exagonus

Euthygrammus igitur & tripleuros & tetrapleuros & polipleuros dicitur. — Trilater(us) & tetralater(us) & cetera.

similis t aequus

Tripleuros tres habet formas. nam trigonus. aut isopleuros quod

latine aequilaterum dicitur quod tribus paribus lineis lateribusq(ue)

concurrit. aut ICOCKΕΛΕC quod ex tribus lineis duas aequales habet

gradilis

quibus quasi cruribus insistit. Denique aequicrurium uocitatur. aut CKΑΛΕΝΟΝ

quod om(ne)s tres lineas inter se inaequales habeant. Euthygrammos item tetrapleuros

& lineis

quinq(ue) species habet. prima(m) quae quattuor aequalib(us) & directis angulis sustentat(ur).



Qd scema tetragonon dicitur. secunda species que directi angula est non aequi

altera parte longa

latera & dicit(ur) ΕΤΕΡΟΜΗΚΕC. Tertia aequilatera est non tamen directi

angula & dicitur ΡΟΜΒΟC. Itemq(ue) ex aduerso sibi latera aequalia & contrarios

angulos inuicem sibi aequales habeat. & quae neq(ue) omnia latera inuicem sibi aequalia



neque angulos directos. & dicitur ΡΟΜΒΟΕΙΔΗC. Extra has formas quicquid qua

id est sunt ex rectis & curuis ut s(upr)a dixi

drilaterum est. ΤΡΑΠΕΖΙΟΝ uocatur. Parallele sunt directae lineae quae in

eadem planitie constitutae atq(ue) productae in infinitum nulla parte in se incidunt.

Dictu(m) est de tetrapleuris quorum similitudo polypleura scemata potest docere.

In his autem pentagona exagona & cetera euthygrammi generis conuenit. Sequit(ur) sectio

ht Trapezium est figura que nec latera inuice(m) sibi aequalia nec angulos directos. sed acutos & obtusos. id est ΡΟΜΒΟΕΙΔΗC

